

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## **Parnassvs Poeticvs Møesto-Lætatus**

**Höfflich, Hieronymus**

**Altdorpii, 1623**

**VD17 VD17 15:745589E**

[urn:nbn:de:bsz:31-138658](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138658)



72 A 53 77 R

PARNASSVS  
POETICVS

Mœsto-Lætatus

*In ipsa Solemni Coronationis actū  
Norimbergæ introductus,*

AB

HIERONYMO HÖEFFLICHIO,  
LL. Studiofo & Poët. Laur.

*Cui accessit ejusdem*

EPIGRAMMATUM  
PRODROMUS.



ALTDORPHII,  
*Typi exscripsit Balthasar Scherffius  
Universitatis Typographus.*

MD CXXIII.

AK 4 am 72 A 53 77 R

*Magnif. Nobil. Amplif. Consultif.  
Prudentif. Viris.*

**Dn. GEORGIO REMO,**  
Patricio Augustano JC. ac inclytæ  
Reipublicæ Norimb. Consiliario  
longe celeberrimo;

**Dn. GEORGIO LUDOVICO LEUCHSNERO,** JC. Consiliario  
Brandenburgico Neostadii ad Ays-  
sum digniff.

**Dn. ANDRÆ DINNERO**  
JC. *Primario in Universitat. Altdorffina* Professore & p. t. facult. Jurid. De-  
can. Spectab. nec non Incluti Senatus No-  
rici Consiliario

**Dn. JOHANNI GLOCKHAW/**  
Illust. DDnn. Dnn. à Limpurg S. R. Imp.  
Pincer. heredit. semperq; Lib. Cellario a-  
pud Summerohufanos Spe-  
ctatissimo.

*Dnn. Mæcenatibus Patronis Præceptoris,*  
Fautoribus omni observantiæ cultu, venerandis  
colendis amandis.

*Me cum Musis meis humillime commendo.*

**HIERON. HÖFFLICHIIUS LL. Stud. & P.L.**





# APOLLO, MEL- POMENE.

**E**st tuus est fateor tuus o Vir Magne quid optes  
Explorare labor, meus ipsa capeßere iussa;  
Sed quid sicca canat? quid fistula spiret obesa?  
Quid vilis, tenuis, sterilis moduletur avena?  
Quippe togata tuis dignum presentia doctis  
Auribus, Ipse Linus vix ipse Threicius Orpheus,  
Calliopeia parens licet adsit promptior illi,  
Et pater huic multum saveat formosus Apollo,  
Vix quantum sat erit voces effunderet amplas:  
Quid faciam? Tantine viri sacra iussa morabor?  
Triste nefas; Parebo? pudor quod suadeat, ipsa  
Dissuadet genii Pallas, cui curta Supellex.  
Victa pudore tamen succumbas crassa Minerva;  
Et cum tantus amor Lyricas cognoscere vires  
Aoniosq; brevi nostros audire labores;  
Fert animus (meminisse horret luctusq; refugit  
Quantumvis) tristes tristis revocare sororum  
Thespiadum questus, & lamentabile regni  
Pieriy exitium; quæq; ipse miserrima vidi,  
Et quorum pars magna fui; (miserabile dictu)

A 2

Pandito

Pandite Sicilides Musa, cantusq; movete  
Luctifonos, Tragico que clamas mesta boatu  
Melpomene captis audacibus ananæ, cursum  
Da facilem, facilis tu nostra incepta secunda.  
Quo secat Aonios Actæis Phocis ab arvis  
Terra antiqua, ferax, famâ super æthera notus  
Mons ibi verticibus summis, geminisq; minatur  
In calum scopulis, superatq; cacumine nubes,  
Nomine Parnassius, cuius sub vertice lata  
Apparet pulchrum scopulis pendentibus antrum.  
Doctifera intus aqua, niditis argenteus undis  
Castalius, pasta quem non tetigere capelle,  
Non fera turbavit pecudum, non turba volucrum  
Aligerum, durâ non lapsus ab arbore ramus:  
Pulchra domus, pulchro vivog, sedilia saxo.  
Desuper horrenti nigum nemus imminet umbra  
Et facit objectu status, quibus omnis ab alto  
Frangitur ardescens radius; Rex Delius illic  
Sceptra tenens celsâ sedet arce, & fœdere certo  
Corycidas Nymphas, pia montis numina ducit;  
Huc ego dum nuper lentis vestigia figens  
Namq; ego sum, primâ dum lustrat Lampade terras  
Humentemq; Aurora polo depellit ab alto  
Umbram, Musarum doctas adlabieroras  
Donaq; sacra ferens, primo cum lumine Solis  
Castaly puro rude pectus spargere fonte)  
Huc pede delapsus solito, foribusq; propinquans  
Vestibulo

Vestibulo cingor, facturus munera Divis.  
Mox exaudiri gemitus maestq; videntur  
Voces, obstupeo gressum cum voce retorquens,  
En magis atq; magis sonitus clarescit in antro  
Et domus interior fletu miserâq; querelâ  
Miscetur, multumq; cave plangoribus ades  
Femineis ululant, resonant resonantia tecta  
Ingeminantq; sonus, auditq; verba reportant.  
Interea magno sparsus submurmure ad alta  
Atria Clamor ut, quem Pythius auribus haustum  
Audit, & graviter commotas sensit alumnas;  
Subdita propterea sese intra tecta recepit  
Mivis, tum solio medius confedit avito.  
Concituere omnes intentq; ora, tenebant.  
Et veluti quando studia in contraria vulgus  
Scinditur incertum, velcum de culmine summo  
Postorale sonat signum, cornug; recurvo  
Armifonam intendit vocem, qua protinus omnes  
Indomiti agricolae, rapti quodcuq; repertum est  
Concurrunt trepidi, torse hic armatus obusto  
Stipiti hic gravidi nodis, furor arma ministrat.  
Sed merito & pietate virum, patriaq; patronum  
Si videre silent, arrectisq; auribus adstant.  
Tunc prior ag greditur dictis Rex DELIUS almas  
Nymphas & placido placidus sic pectore fatur:  
O Nata? tanius liquidas quis clamor ad aures  
Volvitur? O sociaque tristis causa subegit  
Ignoros tentare sonos? qua causa serenos

Fedavit vultus? quis quaso casus iniquus  
Vos manet? infelix que vos fortuna secuta est?  
Mox illum tales jactantem pectore voces  
Alloquitur lachrymis oculos suffusa nitentes  
Melpomene tristi proclamans tristia voce,  
O pater, arumnas nostras audire benigne,  
Dum placet, hasce brevi repetens ab origine dicam.  
Quid nos castalides scelere committere? alumni  
Quid nostri potuere quibus tot tristia passis  
Terrarum totus jam pene occluditur orbis?  
Est locus antiquis populis atq; ubere gleba (virorum  
Notus, quem veterum ut monstrant monumenta  
Teutonici coluere viri, quos fama minorum  
Germanos, fidei Germana à nomine, dixit;  
(Nam Germana fides, in vi itaq; dextera bello.  
Et pietas semper fuit hiuc gratissima genti.)  
Hic mihi, matronisq; mei, ingenia quondam  
Adde quater quinis octo, statuere coloni  
Mania, Phœbiculoq; cboro sacra dicarunt,  
Tunc honor & laudes nostra, nomina, vigebant;  
Ut redit itq; frequens longum per storea rura  
Agmen graniferum, solitam dum portat in ore  
Escam; sicut apes quando liquentia mella  
Stipant, & dulci subnectunt nectore cellas:  
Sic longè nostras cultissima turba petebat  
Arces, & solitos aris ponebat honores  
Quos propiore Dei sufflato numine, dulci  
Reddidimus patriæ, quò non mortale sonantes

Et

Et calo & terra divina voce prodesse:  
Hinc quoque sperabam, donec volvarur Olympus  
Hinc fore, qui cali quamvis regione remoti  
Mente DEUM noscant, & qua natura negavit  
Sensibus Humanis, oculis ea pectoris hausta  
In medium discenda darent, ceterumque profanum  
Dictaq; mirantem, magni primordia mundi,  
Quid Deus & qualis divina voce docerent  
Quid scelus & sceleri qua fraus innexa patrato;  
Quae pena, & qua forma malos ingrata sequatur,  
Ausus ne crudele nefas ausoque potius  
Tartareas damnatus aquas, amnemque severum  
Eumenidum adspiciat; terra sed sede profectum  
Aurea suscipiat stellantis regia cali.  
Hinc fore confusas qui divus Legibus urbes  
Fundarent, populoque darent pia jura vocato,  
Ne male junctarum discordia semina rerum  
Et maria & motas terras calumque profundum  
Quippe ferant, fusim vacuas verrantve per auras.  
Hinc fore sperabam, qui campos, quiq; docerent  
Flores, Lucentemque globum, Titaniaque astra  
Atque hominum pecudumque genus, vitamque volantem,  
Et qua marmoreo fert corpora in equore pontus,  
Seminiisque vigor qualis, qua corpora tardant  
Terrenosque hebetant artus moribundaque membra.  
Hinc fore sperabam, famam qui terminet astra  
Virgilium, Flaccum, Nafones atque Catullus,  
Carmine qui vivo jucunda & idonea vita.

Moratis speciosa jocis atq; utile dolci  
Miscentes doceant, veluti docuere vetusti  
Quid Brutus patria. Pyladi quid fidus Orestes  
Debeat; expulsa Troje multosque per annos  
Acta quid Dido; mediam flammam inter & hostes  
Anchisa Creusaeque sua quid iustus Lulo  
Aeneas, Aenea tibi Cythereja mater;  
Seilicet officio que convenientia cuique.  
Sed Nos cum nostris variis jam casibus acta  
Prodimus, atque omni terre disjungimur ora.  
Est inimica meis que pullulat atra colubris  
Ter centum, centum que se ter vertit in ora  
Luctifica Aleto; dirarum prima sororum;  
Tartareum monstrum, cui noxia crimina cordi  
Iraeque insidiaeque & tristia bella, facesque  
Funerea cui mille artes, cui mille nocendi  
Nomina, turbandique viros odiisque movendi  
Hec venit excidio nobis (lachrymabile dictu)  
Nam furibunda petens Mavortia limina regum  
Ceruleis jaciensque unum de crinibus anguem  
Accendit mentes insani Martis amore;  
Nec requievit enim donec compagibus arctis  
Oclusas portas, trabea cinctuq; Gabeo  
Insignis consul ferret, pugnasque vocaret.  
Exemplo ferri scelerata insania, belli  
Sevit amor, strictis locus ensibus omnis abundat:  
Classica jam resonant & pugna tessera signum,  
Que data porta ruit pubes, atq; agmine facto

Certatim

Certatim sese trepida exhortatur in arma,  
Arma fremit, fremit arma manu, tectoque requirit;  
Et velut ingentes cum primo albescere vento  
Caperunt fluctus, mox una Eurisque Notusque  
Incumbunt pelago, totumque à sedibus imis  
Tollunt; exsultant aestus, furit omnis aqua vis;  
Nec se jam capit unda fremens, sed flumine magno  
Evolat & sternit sata leta boumque labores;  
Haud secus armati luctantes turbine perflant,  
Terras, perque vias obrudunt obuia passim,  
Corpora, perque domos, nec sat rationis in armis;  
Quin ipsis portis atque ipsis praelia miscent  
Aggeribus murum, non clausas moenia clausa  
Defendunt, sine more furit gens horrida circum.  
Seu turbo volitans pueri quem verberare sorto  
Inveni torquent, curuato voluitur actu;  
Seu velut agricolae fumis è montibus ornum,  
Antiquam ferro crebrisque bipennibus instant,  
Frangere, sic variis ignisque emota globellis  
Fundamenta quatit; sternitque à culmine postes.  
Et postquam murus lato fert ore fenestram  
Emotaque jacent effracto cardine porta  
Fertur in excisas strictis mucronibus urbes,  
Precipitesque trahit quæ non fert planta salutem.  
Nec nos Thespiades nec religioſa moratur.  
O Genus inuisum Genti contraria nostræ  
Genus; qua nos pulsas regnis quæ maxima quondam  
Postremo veniens Sol adspiebat Olympo?

A 3

Nec

Nec satis insanam rabiem (Cocytia) virgo  
Fusit; sed majus miseris multoque tremendum,  
Obijcit Alecto stygiis infecta venenis.  
Iamque adeo super una fuit vix terra locuræ  
Aspera quo positis cessarant secula bellis.  
Muscolisque datum tuto consistere tecto;  
Protinus ardescens fuscis huc tollitur alis,  
Prospiciensque meam tuto sub regmine prolem,  
Concutitur caput, & turbato pectore secum,  
Ipsa incepto, insit, cogar desistere victa?  
Phæbigenos nec posse choros avertere terrâ?  
Non Musa potuere capi? medios ne per ignes  
Per medias acies, per tot discrimina rerum,  
Invenere domus? an nunc mea mille nocendi  
Numina fessa jacent? an exsaturata quiescam?  
Talia flammato dum pectore voluit avaras  
Quinquaginta aris immanes crimibus hydras  
Spargit humo, subito quæ levia pectora lapsu  
Iurant, Tartareum spirantes flamine virus,  
Et vix prima lues sensus pertentat; habendi.  
Accrescit sceleratus amor, fervetque cupido;  
Quilibet incumbit congestis undique saccis  
Divitiis? dolus an virtus prob! nemo requirit,  
Augetur nummus pretiumque augetur in orbe  
Rerum, prob, nummus pretiumque augetur iniquè.  
Hinc mea turba domi cui parva subinde suppellex  
Victa jaceret, misere nemo succurrere discit.  
Semina parturiunt segetes dat Pampinus uvas

Dices

Dites atq; avido respondent, arva colono,  
Vix tuadona tamen, quamvis ditissimus arvis  
Et terram centum rostris evertat avarus,  
Regiferos rubrosve globos teneatq; sub arca  
Devote, fortunamq; trahat nullius egentem  
Vix tua dona Ceres; alimentaq; debita victus  
Pieridum digno cultori reddere gaudet:  
Barbara gens truncis & duro robore nata  
Cui pietas cui nulla fides neq; mos neque cultus  
Detrudamus, ait, verbis & verbere pullos  
Palladis innocua nostris é mœnibus; Eheu  
Fœmina virque senex pueri innipræque puella  
Assensere omnes, & tristia quæque Novene  
In turbe exitium raptim conversa tulere.  
Hinc ubi magnificis epulis luxuque verustis  
Exceperè Viri Clarios; vix vertere morsus  
Exiguam in Cererem jam dat penuria ficta,  
Sic odios solidum, quas non intelligit artes  
Vulgus habet, vulgus Musas contemnit amandas.  
O Genus insanum & tam barbara patria, per quos  
Tot magnos steteris lustris labentibus orbes  
Hospitio prohibes; Veterisne hac gratia facti?  
Interea populus dum Musas vexat acerbè  
Arte nova speculata viros Bellona venenis  
Gorgoneis tactos, sua qui furialia membra  
Transformant faciemque nigram vultusque dolosos,  
Assumuntque albi formam, sub tegmine veri  
Et sceleris puro vita, pia castra sororum.

Castali.

Castalidum spernunt, Stygiisque paludibus equant:  
Non pietas clamant, pietas non ulla fidesve  
Palladis in castris; sunt causa & origomalorum,  
Pars studiosa gula, nullis pars dedita curis  
Vivit, parsque ruit comitante libidine caca  
In veritum; postas intacte Pallados aras  
Præcipitare jubent subjectisve urere flammis:  
Hey mihi quantumvis vox esset ferrea, centum  
Quantumvis lingua, quantumvis oraque centum  
Haud tamen ærumna cunctas comprehendere formas  
Omnia nec possem percurrere nomina; venit  
Ultima quippe dies & ineluctabilis hora:  
En fuimus Musa, fuit & tua Gloria Phœbe.  
Hec ait, ast orsus contra sic DELIUS heros  
Non sumus ignari, mea gens, mea sola voluptas  
Non sumus ignari, qua tu perpeffa, malorum:  
Sed durato, DEI dabit his Clementia finem.  
Optato veniet volvendis mensibus etas,  
Efferat quâ pulsus mutescent secula bellis,  
Corda, Volente DEO ponentque ferocia gentes  
Accipientque animum mitem, mentemq; benignâ  
Invos Pierides, agitataque pignora Phœbi.  
Phæbiculos passos demum meminisse juvabit;  
O mea gens durans contraria fata repende  
Fatis; & serva te rebus, quæso secundis.  
Ito ferens nec cede malis audentior ito,  
Quin & adhuc Dævis sunt debita premia Musis  
Neve omnis suppressa jacet tua gloria Phæbe

Sunt

*Sunt pia, sunt quamvis rarissima corda, Minerva  
Infandos qua docta tuos miserata labores,  
Que vos reliquias Charitum, penè omnium egenas  
Ærumnis cinctas variis adamantque foventque,  
Sic fatus dictis mœrentia pectora mulcet  
Et postquam tacuit factoque hic fine, recessit  
In suprema domus conclavia splendida regis.*



## GRATIARUM ACTIO. Calliope ad Sorores.

**P**laudite Pierides & jo ter dicite, mecum  
Ex Helicone DEÆ.

Vos, dilecta mei cordis pars una, sorores  
Mittite corde metum.

Verum est (si repeto quæ fata arcana reliquit,  
DELIUS Arcitenens.)

Non suppressa jacet nostra omnis gloria, desunt  
Præmia nec Clariis.

Est verum, vidistis enim lætæq; videtis  
Tot gravitate viros,

Qui casus charitum miserati; Dein ope possunt  
Quaq; juvare juvant.

Plaudite mellifluis plectris contextite dulce  
Et resonate melos,

Nunc

Nunc cytharæ extensas chordas nunc tangere  
Pollice tempus adest. lato  
Ergo Thalia prior grates effunde, suprema  
Qui regit astra, DEO.  
Dein mea præsentî grates actura cohorti  
Turba movete Lyras.



## THALIA DEO.

**F**As est Calliopeja tuis me fidere dictis  
Fas est præceptis Diva subesse tuis  
Ergo Deo supplex tendens ad sidera palmas  
Submisso tales pectore fundo preces.

---

DEUS DEUS, ter optime  
Qui cuncta sacro numine  
Regis, piosq; cælitus  
Omni periculo surripis,  
Sit laus tibi sit gloria  
Per seculorum secula  
Parvos greges Apollinis  
Quod tam benigne protegis,  
Per tot furores impios  
Per tot furores perfidos

Quod

Quod te precantes supplices  
Musas benignus liberas.

Clemens pater te quæsumus

Defende nos diutius

Confringe flammæ litium

Et aufer id quod noxium.

Ut sævus hostis nil tuam

Contra valet qui dexteram.

Gerat fac omnia irrita

Infausta tentans prælia.

Defende patriæ patres

Defende justos principes

Qui sic tuentur subditas

Musas, parens ut liberos.

Hostes fuga scientiæ

Cujus manebunt lumine

Tui socrati dogmatis

Laudes, sacriq; nominis

Hoc fac creator omnium.

JESUM tuum per filium

Tuumq; Sanctum Spiritum.

Cui laus in omne seculum.

Clio



## CLIO CÆSARI.

**R**ectè primus honor Deo,  
Cujus subdita sunt imperio omnia,  
Cujus numine vivimus  
Cujus numine sunt, qua modo sunt bona,  
Rectè primus honor datus:  
Sed nec Casaras nostra silentio  
Laudes pratereat lyra:  
Nam summus pater est Pimpleidum, pater  
Mæcenasq. ter optimus,  
Quem Titan veniens Oceano ultimo  
Sub celsis videt aethere,  
Hic est qui variis ornat honoribus  
Nostrum Musicollam genus;  
Est qui templa nove Divus Apolloni  
Et Musis sacra dedicat;  
Quo venit celebris qua modo cingimur  
Nostra hac tempora Laureas?  
An non Casarea munificentia  
Acceptam ferimus? fero.  
Quis ergo egregij Casaris audiar

Eter-

Eternum resonans decus

Quis meritas dicere gratias?

Vix si suavis sonum mea

Centum millia millena forent lyra

Chordarum, facerent satis

Sed quum non opis est Induperator, (heu!)

Nosira, digna tibi DEUS

Qui justos propius respicit optimo

Vultu premia praebeat;

Tercentum imperio sanus ut expleas

Annos, faxit idem DEUS.

Ut porta populo terribiles pio

Claudentur modo Martia.

Intusq, arma super tum Furor impius

Non mansueta sedens, manus

Vincaturq, pedes fustibus aneis,

Et bellis positis mala

Cessent tempora: Saturnia resuant

Fernando duce secula

Tunc laudes patuli Casareas poli

Late sidera terminent.

Tunc quavis populūm vox resonans Jo.

Latum ter resonans Jo

Jo Jo Clamer Jo restituit bonam

B

Qui

*Qui pacem vireat virens  
Pacem restituit qui, vireat diu.*



## ERATO BRABEUTÆ.

**E**N vos sorores, ò pia numina,  
Turbæ Novæ, carmine duplici  
Movistis ambæ fistularum,  
Plectra fonantia; Tu Thalia,  
Primas DEO grates, mare turgidum,  
Et terram inertem, regnaq; cælica,  
Divasq; mortalesq; turmas  
Qui imperio regit unus æquo  
Dixti; deinceps gutture dextero  
Clio soror gratissima Cæsaris  
Exordiens laudes secuta es,  
Quid lyra quid mea fistulabit?  
Nosco quidem, præfensq; viros Catos  
Et patriæ patres Venerabiles  
Verosq; Musarum patronos  
Adspicio meritos avenam,  
Laudabilem; dignosq; Threicii  
Orpheï Lyra tum perpetuarier

Ec

Et reddier fama celebri

Non morientia sidera orbis;

Dignosq; dignum gratifono quibus

Libemus ultro pe&ine barbiton,

Quod tanto Apollonis tenellas

Nos coluere nurus favore;

An his ego cui fracta lyræ fides

Sub gratiarum nomine fistulas

Tendam? horreo? tentasse fracta

Sac fore spero tamen Camænâ.

Ergo Tuæ sint Magnificentæ

Vir Magne; ô, lumen patriæ; decus

Domus paternæ; ô Sacrate

Juridicæ Themidos sacerdos

Hœfflich; Amorum pater Entheum;

Patrone Thymbraei patris optime

Cui laurus æternos honores

Sub Clario peperit triumpho:

Primò tuæ sint Magnificentæ

Imo fluentes pectore gratiæ

Quod nos amore largiore,

Afficis Hesperidum misellos

Pullos, & ornans munere plurimò

Jam pene collapsis ope divite

B 2

Suc:

Succurris optatus ; Novenum ;  
Grande decus columenq; rerum.  
Tu Diva cinctus tempora Laurea  
Florensq; jussu Cæsaris incluti  
Et nos coronas, & virenti  
Flore virere jubes celebris  
Laurus. Quis ô quis Munificentiam,  
Hanc gratiis (dignum veluti foret)  
Seu voce nunc mavis acuta,  
Seu Cytharis fidibusve adæquet,  
Natura si der muter in alitem  
Album, & residant cruribus asperæ  
Pelles & exsurgant volucres  
Per digitosq; pedesq; plumæ  
Optarem ; ut altum ferrer in æthera  
Penna biformi sidera pervolans  
Nec longius terris morarer  
Implicitus pede tardiore :  
Velocior tunc Dedalio Icaro  
Quascunq; terras Sol habitabiles  
Illustrat, audax advolarem,  
Tot benefacta sonans ubiq; :  
Sed cum vetar mutarier ipse homo  
Pennas meæ jungam cytharæ cito  
Quæ pervagans mundum ; Colende  
Tot tua facta canat patrone.

Ter-



Terpsichore quibusdam Sena-  
torum, Spectatoribus.

**E**T Vos ô celebres patres; Generosa Noricorum  
Qui terminant famam polis utrisq;  
Lumina; ô magni rerum domini, Viri rogati  
Germanici regni decus jubarq;  
Et vos Thymbræis sic militibus pie favetis  
Apollinem nutritis atq; amatis?  
Ceu testis nobis presentia splendida est, & ipsa  
Quæ collocatis sumptuosa templis  
Phæbicolis proprie quæ sacra dicatis, exulesq;  
Et pristina possessione pulsus  
Hospitio Pympleides suscipitis, fovetis atq;  
Ulna beata; O benigniores  
Musarum nutritores; facilis Deus superne  
Precamur ut vobis, sit inclutoq;  
Imperio Vestro; cui tempora limitumve metas  
Non ponat; Orbis floreat sed ultra  
Sexcentum magni labentia lustra virtuosè; &  
Fausis olivarum regatur herbis:  
Interea procerum pia lumina pristino favore  
Novensiles in posterum fovete  
Credite non regno indecores fore, gratiamve tantam  
Oblivionis sensibus daturas.

B ;

Euterpe

Euterpe duobus Theolo-  
gis restibus.

**E**T mea paucis Citharæ sonare,  
Et melos Contextite gratiosum.

Tuq; Testudo resona. ligatis  
Callida nervis;

Gratia: actura Viris Verendis,  
Orthodoxæ religionis almis  
Patribus, tutoribus & columnis  
Carmina mulce

O Viri, tutela DEI sacri  
Nomini; tutela DEI sacri  
Dogmatis, veri vigiles tuorum.  
Christe popellum.

O Duces Sancti gregis ejulantis  
Hisce sub terris mala tot; sacrorum.  
Præsides; Divumq; scientiarum.  
Membra decora.

Principes Amphionii patresq;  
Pallados Pol grande decus; solutas  
Qui comas doctè lybethræ perenni  
Rure lavatis.

Ut DEUS vobis Reverendi amici  
Det senectutem Pyliam; quietem.

Det

Det Senectuti placidam rogamus  
Supplice voto  
Hoc nihil majus meliusve terris  
Fata donarunt meliusve deinceps  
Non dabunt; quamvis redeant in aurum,  
Tempora prisicum.  
Dumq; vivatis. pudor heic honorve,  
Divus & sacrata perire virtus  
Nesciat; nec Magne Tui beata  
Gloria Phæbe.

---

---

Polyhymnia & uranie reliquis  
Spectatoribus.

**C**um nunc Uranie movere nostros  
Istando calamos super sit, amplæ  
Solventes reliquæ tibi Coronæ  
Grates; nunc age nunc Sonemus ambe  
Conjunctis modulis, ne longiore  
Molestè teneatur hic avena.  
Ergo Magnifici viri colendi  
Qui virtutibus & scientiarum  
Rerumq; experientia niteris  
Magna nominis æstimatione  
Et laudis cumulo celebriores,

B 4

Urbis

Urbis Noriaci decora membra,  
Musarum Venerabiles patroni:  
Et tu grata cohors sodalitatis  
Nostræ, gens studiosa literarum  
Tu divo ingenii vigore florens,  
Divo iudicii vigore florens,  
Et hic quisquis adest amiciorum  
Grates gratifero sonamus ore:  
Quod vestri indicium favoris ingens  
In nos Thespiadum greges pusillos  
Præsentes voluistis indicare.  
Id quod semper erit recens repostum,  
Alta mente; prius leves capellæ,  
In Cæli Regione nutriantur,  
Prius destituat frerum marinos  
Pisces, aut Ararim bibas fluentem,  
Parthe, Tuq; Tigrim rapaciorem  
Regnum Teutonicum prius videbis:  
Quam detur favor hic nigro sepulchro,  
Sed dum montis aper jugum; liquorem  
Et dum piscis aquæ, leves cicadæ  
Dum rora atq; thymos amant suaves:  
Operam dabimus magis magisq;  
Ut ad servitium omne præstolemur.

GRA-



GRATULATIO  
IN NOVAM ACADEMIÆ ALTDORFINÆ  
ad UNIVERSITATEM exaltationem, quæ concessu Divi FERDINANDI II.  
Semper Augusti &c. Munificentia Magnif.  
Nobiliss. Inclutorum NORIBERGENSIUM Senatus

*In*

*Præsentia Illust. Nobiliss. Ampliss. Clariss. & cujuscunq; orainis minoris Virorum Solemnissimo actu jam peragiunt.*

*Quid sibi tantorū procerum pialumina? Patrū  
Quid conscriptorum series lectissima? tanta  
Turba Togata sibi quid vult? Quid splendidus iste  
Ad Divas Divi præsentis numinis aras  
Ingressus, magna juvenum stipante caterva?  
Qualis in Eurotæ ripis; Qualis ve frequenter  
Exercere choros per montem Cynthia Cynthi.  
Quid Novus iste tuus Gentis Venerande Senatus*

*B 5*

*Phabi-*

*Phebigena Tyria vestitus murice tinctus?  
Quid sacra templa volunt regali splendida luxu  
Arte laboratis pannis Ostrog, superba?*

*Scilicet hac pompâ tuto sub tegmine tuti  
Hospitijs rursum variis jam casibus actus  
Excipiunt Sacris cum Musis Pythius heros;*

*Namq, hac illa dies lux est hac illa beata  
Quâ terra pateantq, nove tibi denud pulchre  
Ostudiosa cohors Altorff I pulchrius ades,*

*Salve Festa dies lux optatissima salve.  
Hec est illa dies, hac lux est illa beata*

*Has Altdorffiacas duo quâ munere Divus.*

*FERNANDUS, prima Romanus origine CESAR*

*Qui Imperium Oceano, famam qui terminat astris,*

*Pulchrius exornat Musas, vultuq, sereno,*

*Quo maria & terras minus placidusq, serenat,*

*Adspicit, & firmum hic regnum Lybethridibus esse*

*S; pia fata sinant, jam cum tendiq, fovetq,*

*Salva Festa dies lux optatissima Salve.*

*Hec est illa dies, hac lux est illa beata,*

*Magnarum Rerum Domini, gentesque Togata*

*Lumina Romani Imperii liberrima, magna*

*Magna Norimbergæ decora, & pia lumina mundi*

*Magnificis ulnis qua suscepisse fovisse,*

*In tot conspectu Procerum, celebrumq; virorum*

*Musas cum teneris pullis (laudabile) gaudent.*

*Salve Festa dies, lux optatissima Salve.*

*Hec est illa dies, hac lux est illa beata*

*Quâ patula recubare datur sub tegmine fagi*

*Doctisfo-*

Doctifonaq, lyras læta sufflare Camana,

Salve Festa dies, lux optatissima Salve.

Hæc est illa dies, hæc lux est illa beata

Qua laudis pateatque novi Supremus honoris

Concessus, tibi docta cohors tibi docta juvenus.

Salve Festa dies, lux optatissima Salve.

Plaudite Sicilides Nymphæ, Rex Delieplande

Plaudite, plaudentes dextris pia pleetramovete,

Nunc tempus, nunc tempus adest contexere dulce,

Erresonare melos Cythara; Io plaudite Musa!

Ei tu docta manus juvenum, gens enthea docta

Pallados exultans magno da jübula plausu.

Altdorffii redeunt Saturnia secula Musis.

Fortunata cohors tua jam nunc rura manebunt.

Et tibi tuta satis; tectum capitabis opacum.

Hic inter sacros fontes & flumina sacra

Hic magnos capies (aderit jam tempus) honores.

Plaudite o juvenum lectissima turba, sonate

Latissonum ter Io, ter Io sic dicite mecum

Io Io vivat Io Rex FERDINANDUS, & hinc

Sub terris regnans ter-centum compleat annos;

Io Io vivat Io Noricæ lux incluta Gentis,

Floreat æternos volvendis mensibus annos.

Io Io vivat Io ter-centum secula, nostrum.

Vivat Athenæum docto sub flore virescens

Tu modo fac supreme Deus quò ferrea primum.

Definat, & toto surgat gens aurea mundo,

Auri sacra fames, & si que fortè manebunt

En

*In pullos Clavos odii vestigia Vulgi  
Irrita perpetua linquant formidime terras ;  
Sic nomen laudesque tuas Academia nostra  
Æternum resonans, sacrique litamina cultus  
Effundens, aris supplex imponat honores.*

*Interea Proceres Norici, veræq; columnæ  
Et veri patriæ Patres, veriq; Patroni,  
Musarum, Musas defendite porro clientes,  
Indecores regno nec erunt, nec vestra feratur  
Fama levis, veterisve abolefcatur gratia facti ;  
Sed summus convexa polus dum sidera pascet,  
Dum celsis umbra lustrabunt montibus, amnes  
In freta dum faciles current, flexique recurrent  
Semper honos Noricos semper laus prima ma-  
nebit.*

---

*Ad Zoilum qui præcedentem  
gratulationem ipsa introductionis die  
affixam invidiosè mordendo duobus vi-  
tiis scaterere sparserat.*

**Z**oile quæ mordes me ? num mea carmina ? miror  
Non mirer ? cum sis Zoile mirus homo.  
Nam si me mordes ; ha ! summo jure vocaris  
Mirus ; cum pol sis Zoile mirus homo.

*Sanguis*

Sanguine dum maculas hominis tuaguttura, sevens  
Ni Cyclops, tamen es Zoile mirus homo,  
Sed forsannon me, mea sed mea carmina mordet?  
Esso; Ni stultus Zoile mirus homo es,  
Vin? probo! Qui (veniam) vitiatum stercore pomū  
Mordet; Ni stultus Zoile mirus homo est.  
Tu pomum mordet vitiatum carminis; Ergo  
(Claude) nisi stultus, Zoile mirus homo es.  
Propterea purga mea; tunc mea carmina morde  
Sicce bonus nec eris Zoile mirus homo  
Ni prius hoc facies nunquam mea lingua sonare  
Cesset, Pol mirus, Zoile mirus homo es.



EPI-



EPIGRAMMATUM  
PRODROMI.

*Pars prior,*

Sacrorum.

I.

*Wer Gott vertraut / hat wol gebawt / ic.*

**T**U quincunq; Deo totus confidis, & omnem  
In Dominum ponis spemq; fidemq; tuam,  
Te teget æternum, ducetq; per inuia tutum..  
Te nullo lædent hostica tela die,  
Ardua tu viridi cresces ceu planta sub horto  
Nil curans brumam, nil Boream metuens.

II.

Anima quæ nescit orare, fætet  
coram Deo ut Cadaver putridum.

**S**Piritus in vacuas ubi jam migraverit auras,  
In gelidâ fætet triste cadaver humo.  
Mortua sic anima est, & coram numine fætet,  
Ni sese ad sanctas exciret ipsa preces.

Chrysoft. lib. 1. de orand. DEUM.

*Qui*

*Qui perseverat usq; ad finem*

*Salvus erit.*

**Q**uid juvat ingentem navem si ducis in altum  
Oceanum, spumas navita letus aras,  
Sed veniunt magno rapidi cum murture venti  
Antea quam portum tuta carina petat.  
Præcipitantq; rates rostratas æquoris undis?  
Tunc tua cum Gazâ divite vita perit;  
Sic sacras dum das faciles sermonibus aures  
(Quod solet æterni principium esse boni.)  
Nil juvat ad finem si non transcurris, & ipsa  
Constans & firmus sis pietate tua,  
Nam vera pietate retro sicefferis Eheu  
Obrutus Eumenidum (crede) peribis aquâ.

*Ex Cyrillo.*



III.

**D**eus non vult mortem peccatoris  
sed ut resipiscat, &c.

**N**on gaudet Deus ipse bonus mit isq; ruinâ  
Gens humana tuâ, nec malefacta probat,  
Sed vult ut veniam votis ardentibus ores,  
Et flectas dubios ad meliora pedes

*In*

In superas ades post funera nigra recepta  
Et carpas veri gaudia vera boni.

IV.

DEUS est Judex.

I Ntentos oculos hominem super optimus, atque  
Maximus ille Deus iudicis instar habet.

V.

Amor Jesu dulcissimus.

Q Uid tua sit, dulcis quàm sit dilectio Christe  
Et quantas faciat pectore delicias,  
Non mentes hominũ capiunt; nec dicere linguæ  
Possunt quàm pulchrum Te sit amare DEUM.  
*Aliter.*

O nunquam laudanda satis mirandave Christi  
Dulcedo, ô potum dulcia mella super.  
*Aliter.*

Dulce tuum nomen Christe est, si pectore puro.  
Voluitur, attribuit gaudia vera piis.  
*Aliter.*

Si mihi tot linguæ quot habet methymna racemos  
Delicias Christi vix celebrare queam,  
Si tot litterulæ stellas quot servat Olympus,  
Non scribant Christi, dulcia mella satis;  
Expertigustant quid sit dilectio Christi  
Ex illa manant gloria, vita, salus.

DE



VI.

# DE PASSIONE CHRISTI.

**O**ppeteret mortem cū *Christus*, in orbe, poloq;  
 Cuncta creatori condoluere suo,  
 Implicuit terram tenebris, lumenq; negavit,  
 Et fletit atronitis Sol stupefactus equis,  
 Dissiluere jugis concussis marmora, tellus  
 Sub vasto trepidans pondere contremuit,  
 Conscissis templi velis penetralia terræ  
 Apperuerè tuas turba sepulta domus  
 Vivificâ sed *Christe* tua nil morre movetur,  
 Mens hominum quibus est Cælica parta salus

*Ex Hyroni. super Mathe.*



VII.

**Christus** exiit à patre non ut de-  
 sereret patrem; & sic vadit ad pa-  
 trem relicto mundo non ut dese-  
 rat mundum.

**O**livos aternus summiq; parentis imago  
 Qui fuit è casta virgine natus homo  
 C Exiit

...recepta  
 ...erabim.  
 Judex.  
 ...operamus, atque  
 ...militar habet.  
 ...issimus  
 ...dilectus  
 ...ore delicat  
 ...; nec dicerelingu  
 ...e sit amare Deu  
 ...andave *Christi*  
 ...lla super.  
 ...si pectore puro,  
 ...pus.  
 ...thymnarace  
 ...queam,  
 ...at Olympus,  
 ...mella latis;  
 ...Christi  
 ...salus.

Exiit à patre sic, patrem ne linqueret unq̄,  
Unum supremo cum patre numen habens,  
Exiit è terra terram ne linqueret unquam,  
Sublimis petiit dum sacra regna poli.

Ex Augustin. sup. Johann. tract. 102.



VIII.

*Ubi Spiritus Sanctus ibi  
Sancta Trinitas.*

**S**anctus ubi flatus Divini fomes amoris  
Illic & præsens Christus Jesus adest.  
Christ<sup>9</sup> ubi est illic figit tentoria summ<sup>9</sup>  
Qui creat & servat cuncta creata pater.  
*Ex Basil. sermo. cont. Sabel.*

IX.

*ALIUD.*

DE SPIRITU SANCTO.

**I**N quibus extruxit sacer hic habitacula flatus  
*Hi fiunt Sancti nomine reg<sup>9</sup> viri.*

*Red.*

*Redduntur veri Vates, Christi, ministri  
Qui fuerant pulvis, terrâ cinisq, prius*  
Ex Basil. de Spiritu Sancto.

X.

ALIUD

*De Spiritu Sancto.*

**I**gnitis linguis comparet Spiritus almus.  
Munus ut in terris iudicet ille suum,  
Nam qui concipiunt divini flammæ ignem  
Ardeat supremi semper amore DEI.

*Ex Ge. homil. penult.*

XI.

*Ad Spiritum Sanctum.*

**O** Aura accedens animi divina calorem,  
Tu qua de nato deq, parente venis.  
Restaurare velis exstinctam pene favillam  
In gelido cordis regimine queso mei.  
Vivificâ, mihi flammâ cor adure, novo astro,  
Ut movear, motu Spiritus alme tus.  
Nec nisi Sancta fiet qua stat sententia menti  
Nil faciam, mea vox nil nisi Sancta soner.

C 2

*Dulcis*

*Dulcis amor dulcem nobis concede favorem  
Quo patris & nati corda benigna ligas,  
Ut nos sincero certemus amore vicissim  
Ut maneant sensu pectora juncta pari.  
Maxime solator, solator rebus in arctis  
Tu tristes animos spe meliore leva.*

XII.

Proverb. 30. v. 7.

**Q**ui regis aternis hominum res & superiorum  
Imperii, terrenis fulmine quaq; tuo,  
Qui mare qui terras radiantia sidera celi,  
Supremus valida qui ditione tenes;  
Ad te confugio supplex tua numina poscens  
Has tibi submisso pectore fundo preces;  
Ne mea dicta neget faciles demittere in aures,  
Sed tecum optatum pondus habere sinas.  
Dum vivo nec adhuc mortalibus occubat umbris  
Corpus, sed flatu vescitur aethereo,  
Da mihi ne fingam numen, nec perfida vanis  
Confidat rebus spesve fidesve mea.  
Da ne lingua fiet mendax, mendacia pestes  
Mortiferas fugiam da pater almae mihi,  
Da ne pauperies onus altrâ grandius Ethna.  
Obruat aut me tri vita misella premat

Nec

*Nec tamen alme parens argenti cæcus amore  
Cresci mirandas appeto divitias.  
Da modo Summe DEUS, vitæ quibus indiget usus,  
Sponte mihi faciles adjiciantur opes;  
Ne satur & nimia rerum substantia abundans,  
Te tenuam linguâ vituperante DEUM  
Nec pauper furtis damnose leter, & hocce  
In tua tua delinquam numina sacra modo:*

XIII.

Syracid. 16. v. 13.

**I**mpunita feræ nunquam tua facta maligne,  
Nec tua justa cohors spes peritura cadet.  
Quod meruere ferent summo sub iudice cuncti,  
Præmia digna pii, præmia digna mali.

XIV.

De amore proximi.

**Q**ualis amor vicine tibi præstandus, id ipsum  
Corporis humani membra tenella docent.  
Nam si vicinum tali vicinus amore  
Ardet, verus erit non simulatus amor.  
Ex Augustino.

C ;      Hosti

XV.

## Hosti benefaciendum.

**S**I tibi quis malè vult, malè si facit, ipse vicissim  
Fac benè ei, Christi sic sacra verba docent.

XVI.

## Historia de Resurrectione mortuorum, Ex cap. 37. Ezechiel. à princ. usq; ad § 15.

**I**lle ego, qui venio Buxi de germine, dias  
Qui doceo leges, Ezechielq; vocor,  
Ille ego, dum captus nostro cum stemmate claro,  
Chaldaicà longè sub dirione fui,  
Ecce superveniunt (dictu mirabile) diva  
Brachia me, capitis corripuntq; comas,  
Corrumpunt camposq; trahunt mea corpora in altos  
Flamine Supremi concomitante Dei,  
Est locus egressus ex ejus mœnibus urbis  
Qua mihi captivo tecta colenda dabat.  
Aequora magna jacent illic, que gramine plena,  
Seetq; sunt rivo lene sonantis aqua,  
Est in conspectu nec mons, nec collis acutus  
Arbor nec sterilis, nec mala sentis adest.

Ossibus

Offibus humanis campis latissimum albet,  
Arida quae longo facta fuere die.  
Huc me fata trabunt, atq; huc mea corpora sistunt.  
Corpora quae rebus sunt tremefacta novis.  
Haud secus obstupescō, quam qui Iovis ignibus ictus  
Vivit, & est vitā nescius ipse suae.  
Ut tamen hanc mentis nubem mens ipsa removit,  
Et tandem sensus convalescere mei.  
Respicio, & quid sit me circum lumine lustro  
Ossa per ingentes sparsa videntur agros.  
Tunc sese tremefacta novus per pectora nobis.  
Pallidus insinuat sollicitusq; pavor.  
Sed DEUS omnipotens calum, mare, nubila terras  
Qui regit, & terret fulmine quaq; suo.  
Vultu quo calum tempestatesq; serenat  
Protulit ex celsa sideris arce caput:  
Ne metuas, dicens, non haec sine numine nostro  
Eveniunt, mea te vexit in arva manus.  
Sic ait & lato me ducit in equore circum,  
Atq; OSSA ostendit jam putrefacta mihi.  
O fate, proclamans, mortali semine, credin'  
Prisca quod vitæ reddier ista queant?  
Hæc ego miratus, nunc illic droido nunc huc  
Mentem, sed demum talia verba fero:  
O Pater omnipotens, hominum rex atq; DEORUM  
Qui sine principio qui sine fine manes.  
Tu nostri, tibi sunt hæc verè cognita: Namq;  
Noscere tanta DEUS Numinis alme tui est.

Vix ea fatuus eram, tunc ille silentia rumpit  
Et tangit verbis ultima verba suis:  
Nunc age nunc facies predicat ossibus: Ossa  
Verba Dei Summi percipiatis, ait  
Ipse, hac ferre jubet celeres permissa per auras  
Omnia sunt cuius clausa patentq; manu  
Vim vobis hodie viventis flammis indam  
Et solutus reperet pristina membra vigor  
Quin etiam nervis, venis, & carne recinctos  
Vos condam vera, qua fuit antè, cuti.  
Sic cognosceris, quod nil in Climate Mundi  
Non fiet inferius suppositumq; mihi.  
Vix ego fatuus eram Summi mandata Tonantis,  
Exoritur magnus lata per arxa sonus.  
Haud secus, ac validi cum turbant aquora venti  
Erutaq; ex imis fervet arena vadi.  
Cumq; instar montis proxa puppig; recurve  
Insilit, & fessam verberat unda ratem.  
Aggere seu rupto cum spumeus effluit amnis  
Sternit agros, sylvas precipitesq; trahit.  
Plurima seu sonitu cum concutit ungula campos  
Quadrupedante putres: sic sonat iste locus:  
Respicio, quis sit strepitus: Mox artubus artus  
Et sese agglomerant ossibus ossi suis,  
Nec mora, sanguisui venis massaq; teguntur.  
Carnis, non ulli pefuè manusve deest.  
Cinguntur pelli, cinguntur crinibus, at qui  
Spiritus in vacuo corpore nullus erat,

Hinc

Hinc ille in patulos qui me deduxerat agros  
Hos iterum claro protulit ore sonos:  
Eole, dic, laxas venis da iussus habenas  
Venis ex mundi quattuor inde plagis,  
Talibus ut campos perslantes turbine membris  
Inspirent flatu flamina verva suo,  
Sic ait; Et promptus mandata capeffere diva  
Aggredior; dixit, qua mihi verba, loquor  
Illico purpureo vires capit Eurvs ab ortu  
Et Zephyrus nigro vespere missus adest  
Nunc servus Boreas sicca bacchatur ab Arcto  
Et gerit adversa prelia fronte Notus.  
Halius en vivax hoc intrat corpora flatu,  
Et remeat subito verus in illa calor.  
Hinc atq; hinc surgunt liquidos camposq; pererrant  
Et pergunt celeri, quo juvat ire, pede.  
Ista manus cunctos subito compleverat agros  
Nec modo de multis unus & alter erat.  
Ecce prius flores numeraves tempore veris,  
Atq; estu spicas persata leta graves.  
Poma per aui unnum, atq; nives per frigora molles  
Corpora quam tanto tunc cumulata loco.  
Quo: frutices sylve: Quot arenas Manus amenus  
Et mare quot pisces, ovaq; piscis habet.  
Quot cælum Stellis, tot habebat letus agellus  
Corpora, qua vivus Spiritus ille regit.  
Deinde Dei, qui cuncta regit sub sidere cœli  
Affata est his me lingua sacra sonis:

C 3

Que

Que modo vidisti florentes ossa per agros  
Sunt mea Plebs, sole deliciaeq; mea,  
Plebs mea, quae fatis agitur depressa sinistris  
Et durâ semper talia voce gemit:  
Venit summa dies & ineluctabile tempus  
Nobis; quondam ingens gens fuit Isacidum.  
Sed nunc occidimus, patrie & disjungimur oris.  
Ossa, nostra nimis torrida facta jacent.  
Occidimus, rapidis ceu cervus raptus ab urfis  
Ceui capta à serui dentibus agna lupi.  
Vah! nobis, miseris, tot tristia funera passis  
Vah! dulcis patrie clauditur omnis ager.  
Sed tu qui nostras nunc hauris pectore voces,  
Sermonis fidus nuncius esto mei:  
Vade bonis a vibus, proferq; hac dicta sub aures  
Et populo iussus vaticinare meo:  
Dura, dic agè dic, rebus seruaq; secundis  
Tete, sic fatur, qui tenet alta, Deus:  
Plebs mea (fabor n. quando hac te cura remordeat  
Anxia, fatorum iecta morvebo pia)  
Solve metus, fatis contraria fata rependens  
Mox finis tanti quippe laboris erit.  
Nam veniet vobis paucis labentibus annis,  
Hei! veniet latus mox aderitq; dies,  
Ille ego, quo pandam tumulorum claustra tuorum.  
Quoq; orco tristem te revocabo nigro.  
Post varios casus, post multa pericula, tutum  
Te patrii sistam limine quoq; soli.

Hic

Hic tibi nec metas rerum, nec tempora ponam,  
Sed terram aeternam sub ditione premes.  
Sim quod ego sumamus, cum res cum facta loquantur,  
A tota dignus posteritate coli.  
Inflaboq; tibi nostri tunc numinis auram,  
Ut vivas multos Nestoreosq; dies,  
Tunc te in patriam, tunc te in sceptrareponam,  
Adspiciet patrios quisq; deinde Lares.  
Sic vobis constet, vero me dicier oro  
Calculum Dominum, terrigenumq; Deum.  
Hæc loquor, hæc faciam, (dicit rex Summus Olympi)  
En! factum verbis congruat omne meis.

XVIII.

Ad Salvatorem.

Vera Dei soboles summiq; parentis imago,  
Quæ indueras fragiles moribûdi corporis an  
Ad te confugiens supplex tua numina posco (tus  
Hei miserere animi nostri, miserere ferentis  
Digna, & sis facilis mihi spes fortissima JESUS;  
Jam caput immani vitiorum mole gravatum,  
Sarcina quippe meum suppressit iniqua malorum,  
Pectora pulsa fremunt gemitu, noctuq; dieq;  
Ossibus ex haustis corpus contabuit agrum:  
Neve suo solida mihi perstant robore vires,  
Membris nulla quies datur & pax ossibus agris  
Nulla

Nulla est, sed cunctos me vexant crimina in  
horas, (re est.

Non mihi lata venit lux nec mihi grata vide-  
Sic me conturbat mea mens; mea tristis est agra  
Quum suadent somnos labètia sidera cæli, (est  
Corpora cum placidum carpunt defessa soporè:  
Omnes per terras, cum sylva & sava quiescunt  
Æquora, cum fessa pecudes pictæq; volucres,  
Et tacet omnis ager, cum densis agmina dumis  
Alituum dulci somno sub nocte tenentur  
Et pellunt curas cunctarum oblita malorum:  
Tum meus in fælix animus non solvitur unq̃  
In somnos, oculisve aut dulcem pectore noctem  
Accipit & placidam membris dat cura quietè  
Sed tristes fundens gemitus, oculosq; nitentes  
Suffusus mentem nunc illic divide nunc huc  
Hic peccatorum moles me vexat, at inde  
Ipse dolis Sathanas cunctis instructus & arte  
& Astuta dicit; Vitiorum mole laboras.  
Post tua facta Deus superi regnator olympi  
Te dabit in Stygias, Plutonia regna, paludes,  
In quibus, he! justâ pænâ commissa luenda  
Nec duro sistes illo sub iudice tutus;  
His tremefacta novè gelidus per pectora sese  
Insinuat pavor, hac dum tristi mente voluto.  
En

En quid agā? misero quid jam mihi deniq; restat  
Hei quo me vertā? Quis jam monstrare salutis  
Audet iter? placidus quis dicitis demere curas?  
Sed lux Christi adum spes o tutissima, Christe,  
Cur pater altipotens cælo te misit ab alto  
Virgineo castè natum de corpore casto?  
Cur sero miserè vexatus ab hoste fuisti,  
Dentibus innocua ut discerpitur agna lupinis?  
Vulnera, ludibrium, patienti corpore diram  
Cur passus mortem? Quo, quaeso, numine laeso  
Ipse coactus eras, sancto cum sanguine vitam  
Fundere, cumq; nihil peccāras, teste propheta?  
Scilicet ob nostram passus mala tanta salutem,  
Per varios casus, per multa pericula Christi  
Tendimus ad Cælum, sedes ubi fata quietas  
Ostendunt, tua sic fās regnare surgere Christi:  
Ergo Dei soboles, hominum Salvator JESU  
Te meus expectat, te postulat Spiritus, in te  
Spes mea; Da veniam miseroq; ignosce precanti  
Nam scelus agnosco, fateor, deploro gemoq;  
Tete non alium scelerato crimine laesi.  
Sed quantum pius es, tantum mea crimina dele  
Participemq; poli fās de bonitate paternas  
Sic nomen laudesq; tuas mea verba sonabunt  
Perpetuasq; tibi per solvam carmine grates.

I.N.S.T.A.



I. N. S. T. A.

Opus redemptionis generis Hu-  
mani Carminicè scriptum.

Et

In honorem & gloriam redempto-  
ris nostri, Domini JESU CHRISTI.

In

Altdorphina Noricorum Academia ex-  
ercitii publici causa decantatum.

Die 23. Decemb. Anno 1620.

I. N. S. T. A.

**C**um Deus Isaacidis claro de semine natos  
Pertumidi rabidiq; maris damnosa profunda  
Duceret incolames, Pharaonis ab ense nocente  
Eximeretq; potens, meritis pro talibus omnes  
Fœmina Virg; canunt, laudesq; melosq; frequentant,  
Certatim Summo, qui talia fecerat: Hæc  
Et quoties aurora tulit rubicunda calendas

Plausere

Plausere, & varia memorando voce triumphos  
Laudarunt, gratesq; Deo cecinere perennes.

Nos ergo quibus est Christi de nomine nomen

Cur cessemus ei dignas quoq; solvere grates;

Quod nos ex antris Satanae, stygiaq; palude

Equore Sulphureo, manibus Divusq; potenter

Eripit, ereptos in pristina Sceptra reponit?

Cur nos poeniteat tales revocare triumphos

Quois sumus ex Erebo rapti, caeloz; locati?

Imprimis jam jam radiantia sidera Coeli

Cum repetant, tempus, tempus quo Christus ab aethris

Provenit, fragiliq; hominum circumdatus artu

Et nostram, nostrumq; lumen delevit a vorum.

Hinc mihi dicendi nata est audacia, motus

Hic ego conscendi cathedram, parvaq; Camæna

Arma virumq; canam Coeli qui primus ab oris

In terram fatis agnatus, nigraq; venit

Tartara, multum ille & terras jactatus iniquis

Vi superum, justam patris omnipotentis ob iram:

Multa quoq; hic passus Satana dum verteret arces

Inferretq; pios caelo, genus unde beatum

Christicolum, qua dicta ducis de nomine gens est.

Rerum summe parens, summiq; parentis imago,

Queq; ab utroq; fluis Divini numinis aura;

O Deus in trino simplex in simplice trinus

Hic esto & firmas dicendi suggere vires;

Balbus ego, balbas sed tu mihi dirige voces.

Illustresq; viri prestantes atq; colendi,

Quis

Quis Academia superum pater huius habenas  
Concessit: juvenesq;, dedit formare rogatos:  
Tuq;, astans juvenum doctissima turba, loquenti  
De faciles aures, vatig;, favore silenti  
Annue; sic coeptum paucis mea Musa sonabit:

Ille opifex verum, cum, quod regit omnia, caelum  
Cum mare, cum terras, animalia queq;, sub illis  
Conderet, ecce genus caelestis finxit ad instar  
Numinis humanum, fecitq;, ut vindice nullo  
Sponte sua faceret sine lege piumq;, bonumq;.  
Hinc etiam coluit terris magis omnibus illum.  
Verum ut primus Adam vetite deceptus amore  
Pomone, (infandum) verito se polluit ausu  
Omnia tunc fluere, ac retrò sublapsa referri  
Et simul effracta vires, adversa Dei mens.  
Mox etenim omne nefas erupit, frausq;, dolusq;,  
In veri subjere locum, seges alta malorum.  
Plurima Sulphureis destruxit corpora cymbis  
Ad loca senta situ: Cupiit Dis cuncta Barathro  
Mergere, terrarumq;, globum miscere profundo.  
Non tulit hanc speciem Deus, at miseratus egenas  
Humanas sortes, propriam demisit ab alto  
Prolem, que mortale genus cruentibus Orci  
Exemptum rursus super aethera lucida ferret.  
Hei mirum sic sic amat ipsa creata creatore.

Hinc cum iam terris promissum reddere semen  
Instaret tempus tacite labentibus annis,  
Ecce unum ex septem summâ virtute ministris,

Ante

Ante suam faciem vigilans qui cominus adstante  
Maximus ille Deus verbis affatus amicis:  
I subitus, inquit, subitus ceu nuncius alis,  
Tempus adesse, doce intemerata virginis aures  
Quoq; massam (at puram atq; infanda labecarentem)  
Inauat humanam natus de virgine Christus,  
Propterea decimi revoluto tempore mensis  
Illum terreni parias sine semine patris,  
Angelus hac contra; Tuus o Deus ipse quid optes  
Explorare labor, mihi iussa capeffere fas est:  
Sic ait, & dicto citius de lapsus Olympo  
Hec commissa sibi mandata fideliter implet.

Tempora labuntur, consurgit pondere venter  
Virginis, at Caesar qui tunc data scepra tenebat  
Augustus, clara Romanus origine princeps,  
Omnibus indicit populis, per rura domusq;  
Subditiōne suā rigidus hoc tempore census.  
Quilibet inde suam petiit velociter urbem,  
Cordati iuvenes & canis turba capillis,  
Femineusq; chorus, pueri, innuptaq; puella,  
Regis ut extemplo dicti modo iussa capeffant.  
Tunc quoq; virgo, Dei genetrix, comitata Iosepho  
Cui desponsa fuit (partus quamquam imminet hora)  
Bethleemum properat, cunabula prima daturum,  
Christo, fatidici sepe ut cecinere propheta,  
Vix ingressa, gravis diuino numine, natum,  
Prodit, qui geminam per sonā gestat in unā  
Naturam: DEUS EST & HOMO (mirabile dictu)

D

O lapi-

O lapides lapides, durissima marmora, trunci  
Omni, surdi, caci, qui talia facta  
Spernitis, o homines, hominum vix nomine digni.  
Imprudens Hecatē cum commovisset Atrides  
(Si licet in sacris exempla afferre prophana)  
Nec mulcere DEÆ conceptos pectore motus  
Possēt ( quantumvis variē tentaret id ipsum )  
Tunc dire, se vāq; jubent Agamemnona sortes  
Innocuam mota natam mactare Diane:  
Ille igitur, postquam pietatē publica causa  
Vicir, filiolam constructa destinat ara,  
Victa DEÆ & caste Iuvenis lenita cruore est.  
Ah nihilest: DEUS ipse suo proprio, removit  
Non gnato alterius conceptam pectoris iram.  
Nam dum primus homo dictos admiserat ausus,  
Divinamq; in se graviter commoverat iram,  
Illico iusta DEI censura, atq; integer ordo  
Iustitiae sanctae tantā pro labe poposcit:  
Cum genus humanum facinus patrasset inquam  
Ut quis in humanā pœnam quoq; gente subiret.  
Tunc DEUS ipse suum nostro sub corpore gnatum  
Misit, qui patiens diras mactatur ad aras,  
Ut nempe aeterni raptos ab amore Parentis  
Perpetuis vinculis hac ipsa morte revincat.  
En quem peccatis tantis nos lesimus, ille  
Nos amat, & nobis miseris succurrit amicè,  
Factus Homo DEUS est, inimico factus amicus  
Hei mirum sic sic amat ipsa creata creator.

O lapides,

O lapides, lapides, durissima marmora, truces  
O muti surdi, cæci, qui talia facta  
Temnis ò homines hominum vix nomine digni.  
Nec mora cum Pluto nigra dominator Abyssæ  
Progeniem claro Davidis germine ductam  
Auderet facili non aure, sibiq, suoq,  
Venturam excidio regno, sic volvere Fatum,  
Id metuens veterisq, memor sub pectore vocis  
Quam Deus Elyseo primus promiserat horto:  
Perpetuas inter serpentem, virginem & inter  
Lites ponam, hujus semen caput obteret angui:  
Nec dum etiam Isacidis sacri præfagia Diva  
Exciderant animo, manet aliâ mente repostum,  
Quod septingentis prævidit Amosius annis  
Vates, tum reliqui quod prædixere propheta.  
His super artonitus, modo dictum evellere regem,  
Si quæ fata sinant, manibus pedibusq, laborat  
Postquam igitur facili vix Nympha puerpera nixu  
Edidit hoc divo conceptum flammine pondus,  
Istius instinctu rectum concluditur omne  
Infanti, & cui non debet cunabula terra  
Sed cælum, stabulis & durâ nascitur herba:  
Disperas Bethlem, qua dedignata cubili es  
Cælorum vilirecubantem gramine regem!  
Disperas. Quin & tibi tellus ima dehiscit?  
En mortalis homo, tenui quàm sorte sub orbem,  
Maximus ille venit mundi moderator & autor,  
Abjectusq, latet parvo sub tegmine, Magni

*Excipiant ut te spacioſa palatia cœli.*

*Hei mirum ſic ſic amat ipſa creata creator.*

*Sed quanquam duris jacet in præſepibus infans  
Pauper, imops, humilis; panno circumdatus atro;  
Attamen ut magnus fuit hic qui nafcitur, ipſi  
Sic quoq; ſunt magni, qui ſtant à parte miniſtris;  
Non hunc pontificum laudant procerumve cohortes,  
Ipſi ſed ſuperi magnum per inane Vaſalli.  
Nam cum ſuaderent labentia ſidera ſomnos  
Mœnia per cuncti ſomno vinoq; ſepulti  
Conticuere, ſopor feſſos amplectitur artus:  
Tum pecoris campo ſeruarunt agmina aperto  
Paſtores, his eſt ſummo demiffus Olympo  
Angelus, & mœſtas, dixit, de ponite curas,  
Ille ego qui venio ſuperis delapſus ab oris  
Gaudia magna fero, Chriſtus devenit in orbem;  
Humano (ſine labe tamen) ſub corpore reſtus,  
Dicenti ſuperum ſe adjungit turba canentum:  
Gloria magna Deo, cœli terræq; monarchæ  
Pax ſit terrigenis; Cunctis ſit læta voluntas.  
Sic quoq; (mirandum) fatiſ ducentibus, Orbe  
Ex Orientali quidam cœliaſtra notantes  
Adveniunt celericurfu Davidis ad urbem.  
Hancq; ſub intrantes, puerum reverenter adorant,  
Laudant, atq; hilares, tria maxima munera, gratum  
Thur, aurumq; miramq; (hominem, regemq; Deumq;  
Quæ declarabant) donant ex corde benigno.  
Mirum laudis opus, mage ſed mirabile partus*

*Huius*

Hujus opus: Deus est & Homo, quem fascia vilis  
Continet, & vili condunt sub regmine villo.  
Hei mirum, sic sic amat ipsa creata creator.  
Interea lethum CHRISTO molitus Averni  
Incola, Idumei penetrat se in pectora regis,  
Istius armari dextras in bella cruentas  
Mandat, & è vivis jam natum tollere CHRISTUM.  
Precipitant, regis subitus furor iraq, mentem  
Et tumidos se vā gaudens feritate ministros  
Mittit, ut innocuos cunis atq, ubere raptos,  
Quibinos tulerant, vix à natalibus annos  
Aut minus, horribili mactatos ense necarent.  
Exoritur clades, & ineluctabile tempus  
Iudaico mari latentis, miles Herodis  
Durus in hunc duro ferro grassatur, ubiq,  
Luctus, ubiq, pavoreq, & dira mortis imago.  
Quis tantam cladem? Quis talia funera fando  
Explicet? Hinc passim extinctum (miserabile dictu)  
Natorum patris fœdantur funere vultus.  
Est locus Egyptum vulgo cognomine dicunt,  
Terra antiqua, potens bellis, atq, utere glebe  
Nilus ibi liquido transcurrens flumine campos  
Impingat, tepidog, facit dulcig, liquore  
Tellurem quamvis avido parere colono:  
Has mater CHRISTI, patria tellure relicta  
Ut vitam gnato redimat, descendit inoras.  
Sic ducente DEO CHRISTUS subter fugit artes  
Dæmonis & Serui molimina callida regis.

D 3

Bui

Cui mare, cui cœlum, cui totus subjacet orbis.  
Qui nullum metuit, quo nemo fortior ullus  
Qui reges ponit, reges deponit eisdem  
Ille fugit, fugit hunc regem quem fecerat ille,  
Ut mortale genus firmum fixumq; teneret  
Imperium rutili sub cœlo sidere cœli:  
Heimirum; sic sic amat ipsa creata creator  
His magis accensus nigri dominator Avernii  
Huic detestandum per tempora cuncta parare  
Exitium, hunc contra blasphemias spargere voces  
In vulgum atq; illi verbis odia alia creare,  
Insuper hunc circa fufis mors atra volabat  
Alis, huic uni letalia spicula tendens,  
Sed Deus æternis, cœlum, mare, nubila, ventos,  
Qui premit imperiis ex omni turbine CHRISTUM  
Eripuit, donec poscebant tempora, dirâ  
Morte suâ, nævos hominum sanare malignos.  
Dum jam jam vitæ sex lustra peregerat ille,  
Dum validum Sathane robur, dum mortis arare  
Flexibiles arcus, telum mundiâq; cruentum,  
Perdere & æternam populo monstrare salutem.  
Institit, heu quantos tulerat, dic Musa, labores.  
Huic quoties Divis stimulis agitata Jacobi  
Posteritas Divi posuit discrimina vitæ.  
Nunc illum petiit saxorum grandine, monte  
Nunc illum statuit cœlo detrudere, & ipsâ  
Ærumnis miseris laceratum depulit Urbe.  
At illi nocuit, non vis, non ulla tyrannis

Non

Non tante insidia, lubrica nec Daemonis artes,  
Nam multus ille interea versatus in oris  
Passim caelestis pandit mysteria verbi,  
Mirandisq; probans factis sua dogmata, tristes  
Expellit morbos, reddit sua lumina cecis  
Et saltu certare facit cursuq; tenellis  
Cum capris claudos, divino numine ductus  
Defunctis vitam reddit, gelidog; sepultos  
Sub terra vivos tumulo producit ab atra,  
Lenitur populus, ponitq; ferocia passim  
Corda jubente Deo, inprimis plebs spreta quietum,  
In CHRISTUM sumens animum mentemq; benignam  
Illius facili sacratas percipit aure  
Voces, Exhauritq; bono de fonte salutem.

Tunc Pluto aeternum servans sub pectore vulnus  
Hec secum, mēne incepto desistere victum?  
Neve hunc posse virum miseris avertere terris?  
Scilicet hic caelum incolumis patriamq; supernam  
Aspiciet? partog; ibit comitante triumpho?  
Cerberus occiderit? Arx nostra everfa sit alta?  
Non ita: Nam quamquam nullū memorabile nomen  
Insidia, laudem nec habet victoria, CHRISTUM  
Exstinxisse tamen, memtemq; explese juvabit.  
Talia flammato secum dum corde volutat  
Discipulo tacite CHRISTI (cui nomen Iudas)  
Insinuat sese, praecordia ad intima fundens  
Tartareum virus: Sic fictis vocibus insit:  
Iuda, chare mihi, insidias posuisse priores

D 4

Iudaica

*Iudaice gentis CHRISTO, quam perdere vellent  
Illis & privari vitali lumine, vostin' ?  
Ergo (nam potis es) CHRISTUM nunc defer ad illos  
Illis, vera loquor, per multa pecunia restat,  
Hanc tibi donabunt ultro, propriamq; dicabunt  
Et te laudabunt meritis pro talibus omnes,  
Vix ea fatuus erat, furis agitatus Iudas  
Ad phariseorum gressu properante senatum  
Se confert, flavo & promittit percitus auro  
Prodere voce sua CHRISTUM, atq; opponere morti;  
Assensere omnes mentesq; & pectora cuncti  
Unius in CHRISTI exitium conversa tulere.  
Iamq; dies infanda aderat purissimus agnus,  
Victima grata Deo, quo mactaretur, ut omne,  
Omne nefas hominum crudeli morte piaret;  
Ergo duodenis CHRISTUS comitatus alumnis  
Fortia fert oleres Solymorum ad menia gressus,  
Ascendensq; gravem collem, qui plurimus urbi  
Imminet, ad versasq; ad spectans desuper arces;  
Inde duos mittit juvenes queis talia mandant,  
Ite mei, dicit, socii, quid? protinus ite  
Ite per has vobis coram quas cernitis ades,  
Incola se media vobis feret obvius urbe,  
Istius excelsis iussi succedite testis,  
Sternendo mensas nobis ibi pascha parare:  
Dumq; abeunt dicta sese offert urbe videndum  
Incola discipulos sua splendida in atria ducens;  
Introeunt mediusq; parant convivia lectis*

*Fluxibiles*

Fluxibiles lymphas, tonsis mantilia villis  
Apportant, orbeshq; cavos, fragiliq; canistro  
Expediunt Cerevem purgatq; pocula ponunt,  
Tunc etiam Christus reliqua comitante cohorte  
Accelerat, stratogq; super discumbitur ostro,  
Accumbensq; simul positus pars cetera scammis  
Accingunt sese pateris, dapibusq; futuris,  
Sic victu revocant vires, mensaq; locati  
Postquam exempta fames epulis **SALVATOR JESUS**  
Sacratu panem manibus compréndit (at illi  
Conticuere, auresq; intenti, atq; ora tenebant)  
Ille sacrâ grates Eterno voce Parenti  
Solvit, & apprensam digitis in frustra tenellis  
Confringit simillam, & socios partitus in omnes  
Vescimini satur: Corpus mihi credite nostrum est  
Quod datur in mortem pro vestrà quippe salute.  
Dulcem post Zythum dextris apprehendit iisdem.  
Et grates repetens sociis largitur, Amici  
Hinc libate, inquit, verus quod porriigo, sanguis  
Est Mens, effusum quem mox cernetis ocellis  
Tristibus, humane delentem crimina gentis  
Hoc quoties facitis (faciendum sapius est quod)  
Vos bene apud memores nostri stet gratia facti.  
Vertitur interea cœlum, nox advenit atra  
Egrediens Solymis cum bissex **CHRISTUS** alumnis,  
Tristis ait, tristes geminus e pectore ducens,  
Hic est ille dies, hæc nox, quâ dira malignas  
Injiciet mihi gens palmas, quâ vincula collo

D s

Indene

Intendet virgis, mox delaceratus & alto  
Affixus ligno vitam cum sanguine fundam.  
Sed socii (neq; enim ignari sumus ante malorum)  
Durate & rebus vosmet servate secundis,  
O passi jam magna dabit DEUS his quoq; finem.  
Nam cum Phabea lustrabit lampade terras  
Tertia lux, imo remeabo vivus ab orco,  
Durantes revocate animas mæstosq; timores  
Mittite, namq; olim tam magna tulisse juvabit.  
Per varios casus nostraq; pericula vita  
Tenditis in cælum, sedes ubi fata quietas  
Ostendunt, illic fas nostra resurgere regna:  
Talia voce refert curisq; ingentibus ager.  
Spem vultu ostendit, premit alto corde dolorem.  
Devénere locum in cælum quo villa minatur  
Gethsemani, hic reliquos jubet expectare sodales.  
Et tantum ternis comitatus longius exit.  
Hortus oderatis aderat confertus olivis,  
Quò post quã ingressus reliqueis quoq; sistere mandas  
CHRISTUS; & ad lapidis jactum per inane volantis  
Progressus, gemit & procumbens poplite flexo  
Tendit ad astra manus, duplices rubrumq; cruorem.  
Sudans inclamat; Tua si placata voluntas  
Da pater auxilium, sinemq; impone labori;  
Nuncius orantem summis delapsus ab astris  
Aggrediebatur, dictisq; levabat amicis  
O quanti quanti fuerant hi quæso labores!  
O quanti, quanti fuerant hi quæso dolores!

amici

Qui

Qui dat solamen miseris, solaminis ipse  
Indiget, & factus factorem subleuat ipsum.  
Hei mirum, sic sic amat ipsa creata creator.  
A precibus socios ter adit, somnoq; sepultos  
Invenit, inventos verbis inculsat amaris  
Heu vigilate, inquit, morti quo tradar acerba  
Tempus adest, vigilate mei, vigilate sodales,  
Vix ea fatus erat clamor clangorq; tubarum  
Exoritur magnus ferit aurea sidera cœli  
Armorum strepitus, lati splendore relucens  
Flammarum & sævo complentur milite campi:  
Haud secus a ggeribus ruptis cum spumeus amnis  
Exit in arva furens cumulis, agrosq; per omnes  
Fertur, & oblatam regit alto flumine terram.  
Primus ibi ante omnes magnâ stipante caterua  
Exultat Iudas, Iudas numeratus alumnos  
Interbissenos CHRISTI, sed prodere tentat  
Infortunatam, immeritumq; (ô detestabile factum.)  
Mox CHRISTUS fidens animi, immotusq; paratus  
Pectore, terrigenum pro vita occumbere morti,  
Hoc ipsum ut faceret, cœlumq; aperiret homullis,  
Oblutit ignotum sese venientibus ultro,  
Obtulit, & dixit juvenes quem queritis? adsum  
Coram adsum, primo aspectu, verboq; sonante  
CHRISTI tota cohors in terram corruit imam.  
Haud secus atq; Iovis flammato fulmine tacta.  
Deinde resurgit humo gens obstupefacta priorem  
Accipiensq; animum, crepitantia vincula CHRISTO  
Injicit, ingentiq; rapit clamore ligatum:.

Petrus

*Petrus at ex sociis CHRISTUM cominantibus unus  
Iraus subito nudatum sustulit ensem,  
Sustulit, & dextram citius dicto absedit aurem,  
Pontificis summi famulo: Quod Vinctus JESUS  
Ut primum vidit; qua te dementia Perre  
Impulit his cingi relis? aut quid facis? inquit,  
Si tali auxilio, si defensoribus istis  
Esset opus, superum potius nunc afforet agmen,  
Sic ait & salvam juveni mox reddidit aurem.*

*Nox erat, humenti terras qua involverat umbra  
Carpebantq; hominum placidam defessa quietem,  
Corpora per terras, volvuntur sidera cursu  
Cum medio, tacet omnis ager, lateq; volucres  
Lenibant somno curas, sub nocte silenti  
Ecce trahunt Christum manibus post terga revinctum  
Ad Caipham, officii tunc pontificalis honore  
Fungentem, cujus confluerat omnis in aede  
Grex Phariseorum, multo qui scommate Christum,  
Affecit, causamq; necis quaesivit iniquam,  
Multa rogat, multum vult perscrutari, at qui  
Ille ut conspectu in medio turbatus, inermis  
Constitit atque oculis aspexit stantia circum  
Agmina, conticuit, verbum nec protulit ullum:  
Tunc Caiphaz rumpens voces, sic duriter inquit,  
Die age dic divo num sis de sanguine natus?  
Die age te adjuro per numina sancta Tonantis:  
Mox Christus nulla satur formidine: verum est  
Verum, inquit, neque me diva de stirpe negabo.*

*Sed*

Sed quid ego haec autē nec quicquam ingrata revolve.  
Quis dicitis accensi animi, surrexit & ingens  
Impetus; exclamat Caiphas, qua pana luenda est  
Huic ubi nanciq; viro, blasphemia cujus  
Feda DEUM laesit? regerit vox qualibet; Eugē  
Debeturi morti, talem nec vivere fas est.  
Illico concurrunt motus clamoribus hisce  
Miles, & obduetos densa velamine vultus  
Verberibus vexat CHRISTI, spumaq; sacratas  
Membranas maculat, maculatum ludere tentat.  
Postera vix caelis nigram dimoverat umbra  
Aurora, & rutilus Phœbus surrexerat alis,  
Ducitur en CHRISTUS vinculis obstrictus ahenis  
Urbem per mediam trahiturq; ad celsa Pilati  
Atria, queis soliti fontes addicere morti,  
Sistitur injusti hic ad Iudicis ergo tribunal:  
Hei mihi quanti ibi suscepti tibi Christe dolores  
Blasphemia, ut taceam, convitia plurima vocis.  
Corpora franguntur flagris, & vestibus ostro  
Ornantur Tyrio rinctis, dumosa corona  
Pertransit teneram frondem, fragilemq; coacta  
Dextra tenere manus virgam, sub nomine regis  
Luditur, illusus, casus, gestansq; corollam  
In medios populi conspectus ducitur, ad quem  
Tunc Iudex (vinculis inclusis namq; jacebat  
Unus adhuc scelerosus homo latro pessimus) insit:  
Quem solito de more cupis Iudæa propaga  
Lumine donari vite, Christum Barabamvè?  
Flagitat

Flagitat in*justi* Baraba gens barbara vitam  
Innocuum Christum nigro detrudier orco.  
Quo*is* precibus Iudex victus sustollier alia  
Eheu membra iubet furca sanctissima Christi.  
Vix urbe egressis locus est albens albens  
Ossibus humanis, ingentia pondera ligni  
Furcati tergo portans detruditur isthuc  
CHRISTUS, & aratis fossus palmasq; pedesq;  
Clavis, arboreo tigno subnectitur, inter  
Latronesq; duos ad summas tollitur auras,  
Undiq; ridendi studio gens impia CHRISTUM  
Circumfusaruit; pendentem ludere certans.  
Eripiunt subita nubes celumq; diemq;  
Ex oculis hominum terris nox incubat atra  
Erumpens ibi CHRISTUS amaras pectore voces,  
O DEUS abjectum cur sic me deseris inquit?  
Deum sitio clamat; clamanti potus aceto.  
Prebetur mistus, quem dum gustaverat, omne  
Consummatum opus est; sinem nunc pono labori.  
Sic ait atq; animam moriendo corpore fundit.  
Exoritur stridor, venti velut agmine facto  
Qua data porta ruunt, ingenti turbine terras  
Percutunt, tremunt omnis ager totusq; dehiscens  
Detegit os, multosq; suo sub regmine tectos  
Prodit defunctos, Solymorum mania vivi  
Qui sunt ingressi seseq; dedere videndos.  
In partesq; duas, (dictu mirabile) sacro  
In templo sacrum velum se dividit ultro:  
Omnibus

Omnibus ex exemplo solvuntur frigore membra  
Atq; stupent, metuuntq; mali mens conscia tanti  
Extinctum clamat divino stemmate natum.

Iamq; diem clauso componit vesper Olympo  
De cruce sublatu lapidoso conditur antro  
CHRISTUS, & obsessa per plurima militis arma  
Custoditur humo, donec ter surgit Eoo  
Oceano Phabus, caeloq; inuectus aperto  
Flectit equos curruq; volans dat lora secundo.  
Tunc busto effracto, spoliis Phlegeronis onustus  
Rursus ad aethereas ascendit viridus auras.  
Tartareos dominos, mortem, Sathanamq; potentem  
Servitio premit, ac victa dominatur Abyllo.

Humanamq; suo reperatam sanguine gentem,  
Excipiens, illi lato subsidere caeli  
Imperium sine fine dedit, nec tempora, metas  
Nec rerum posuit, semper dominetur in Astris.

Tanta molis erat suppressam solvere gentem,  
Scilicet hoc bellum, modus hic, haec arma fuere  
Quis sumus ex Erebo rapti caeloq; locati.

Non vis, non ferrum, sed mors & passio, morte  
Deinde resurgendi tua, maxime Christe, potestas.

Plaudite Christiades o terq; quaterq; beati  
Plaudite, Plaudendo ter jo nunc dicite mecum:  
Plaudite: Mors victa est, Sathanas suppressus & orci  
Tecta ruunt convulsa, lues contusa faceffit  
Unus homo nobis peccando perdidit rem,  
Unus homo nobis moriendo restituit rem.

Plaudite

Plaudite & in centum sub toto corpore membra  
Solvite jam linguas, in futura solvite centum  
Et meritas summo laudes spirate Tonanti:  
Quod nostro generi humano jam limine in ipso  
Mortis anhelanti, & labis sub mole cadenti  
Sponte sua propriam sobolem, authoremq; salutis  
Donarit: dignas CHRISTO quoq; dicite grates  
Per quem patris amor, per quem placata voluntas  
Est homini, per quem patet aurea lanua Cali,  
Per quem parva quies, vitæq; corona beata.  
Solvite praterea laudesq; melosq; frequenter  
SPIRITUI SANCTO, per cujus numina sacrum  
Noscimus illud opus: Quid? mecum vox sonat omnis:  
O pater æternis, qui res hominumq; Deumq;  
Supremis imperiis tibi sit laus gloria, honorq;  
Gloria sit Christo, similis sit gloria Sancto  
Spiritu, nullis sæclorum in secula metis.  
Interea alme Deus rerum moderator & autor  
Respice nos, dictisq; animas solare dolentes  
Ut ponant Lachrymas, & tristem mente timorem  
Te mediis præsentè malis, te damna levante:  
Aspice quam trepidante metus terrore periclo.  
Nos cruet, quam dura domi nos damna fatigent.  
Aspice CHRISTE tuam gentem, quam vexat iniquis  
Sors inimica malis, rabiem fera turba luporum  
In mites exercet oves, oviumq; magistros:  
Insidiis animas Pluto, Mars impius armis  
Corpora deperdit, communis Erynnis ubiq;

VITA

Ut rapidi seuiq; lupi, quos improba ventris  
Exegit cacos rabies, catuliq; relictis  
Gnaviter expectant, & siccis faucibus escam,  
Haud aliter qui regna tenet Phlegetontis amara  
Christicolis inhiat, falsè sub dogmate verbi.  
Sic quoq; ferri acies adstat mucrone corusco  
Stricta, parata neci, cunctis furor arma ministrat,  
Arma fremunt omnes, omnes simul arma requirunt.  
Ergo age Magne Deus propior res aspice nostras  
Nec nos pro meritis plectas, pro crimine magno.  
Supplicii paulum satis est: ò CHRISTE benignè  
Hoc genus ipse fove, pro quo de lapsus Olympo  
Nulla recusasti certa discrimina mortis.  
Hunc tuum defende gregem, prabeq; salubres,  
Acceptis ovibus gratissima pabula, campos,  
Et sacre puris porum de fontibus unda  
Fac simul ut dura ferro & compagibus arctis  
Claudentur belli porta, Mars ore cruento  
Horridus à tergo vinculis vincatur abenis.  
Inprimis defende scholam, gentemq; beatam.  
Hujus Gymnasi, quo religioq; fides  
Vera viget, reliqueq; virent, quo Palladis artes  
Semper honos, laudesq; tuæ nomenq; manebūt.



E


176



*In rebus arctis non desperandum  
in latis non luxuriandum.*

**N**on tua luxuriet rebus mens lata secundis,  
Rebus in adversis ne tremefacta cadat.  
Ut DEUS emendet te, quo meliore sequaris  
Aspera contribuit Fata aliquando tibi,  
Ut te soletur, te rebus firmet in arctis  
Deficias tantis ne pereasq; malis  
Optimus ille DEUS tibi prospera fata reducit,  
(Nam mala sunt semper tempora mixta bonis)  
Hos ergo summi mores venerare parentis  
Ne tibi sit iudex qui pater esse cupit.

*Ex August.*



*Cur Præponis corpus animæ.*

**C**ur adeo nullo in pretio tibi cura salutis  
Ut temnas animã dum modo corpus alis  
Qua post fata Deo sistatur in agmine Sancto  
Quo ratio vita danda severata est?

*Ex Bernhard.*

*Virtus*

---

---

*Virtus Coram Deo dicitur  
nobilitat.*

**I**lle Deo dives qui se virtutibus ornat,  
Nobilis, innocuū quē iuvat esse virū?  
*Ex Lactant.*

---

---

*Die Crucifixionis Christi.*

**H**æc est illa dies, hæc lux est illa beata,  
Et veterum multā voce petita patrum,  
Qua geminam gestans naturam corpore in uno  
Et Deus, & casta virgine natus, homo  
Vulnifera transfixus acu super ilice sectā  
Pānditur & mortis spicula dura subit.  
Ut moriens mortem vincas, vitamq; reducas  
Effundens vitam, ô pie Christe, tuam.

---

---

**S**i Deus pro nobis quis  
contra nos.

**S**i Deus alme meus steteris à partibus, Euge  
Quæ noceat rebus vis truculenta meis?

E 2

Epigram-



# Epigrammatum Prodromi

Pars altera.

I.

## DE DIVITIIS.

**Q**uid quæso est aurum? modo terra rubedine  
splendens?

Argentum? niveo massa colore nixus?

Unica sed causa est hominum temerarius error

Quod tantum pretii terrea dona gerunt.

Bernh. f. 4. in adv.

II.

Divitias rectè Gens Attica  $\chi\rho\eta\mu\alpha\tau\alpha$  dixit  
Divitiarum usum scilicet inde notans,

Divitias ergo quisvis convertat ad usus;

Namq;  $\alpha\mu\omega$   $\xi$   $\chi\rho\alpha\sigma\mu\alpha\iota$   $\chi\rho\eta\mu\alpha\tau\alpha$  dicta puto,

Nec tibi tanta dedit celsi regnator Olympi

Ut terra reddas defodiasq; bona,

Sed dico, crescet nummus compostus in arcam?

Stulte illa crescet conditione magis,

Hunc si distribuas vicini in pauperis usum,

Debitor officii quum Deus hujus erit.

Chrisost. in Joh. c. 4.

Nov

III.

*Non est hic pauper tenuis quem vexat egestas,  
Sed qui cum teneat plurima, plura petat,  
Dives & hic non est cui presto copia magna,  
Sed qui contentus re solet esse sua*

Chrisost. ad Philipp. c. 1.

IV.

*Hei melius dormis tecto sub paupere dum sub  
Pectore sincero vulnera nulla geris,  
Quam dives si strata petis fulgentia, sed sub  
Laso perpetuum pectore vulnus alis.*

Augustin. serm. 2 1 2. detemp.

V.

*Non dammandus eris quanquam tua divitiis amplus  
Divitias Cresci possidet arca capax,  
Si quod habes miseris tribuisq; juvasq; benigne  
Afflictos, isto quod superesse vides,  
Nec veluti servus servis modo divitis auri  
Thesauro, sed si te dominum esse probas.  
Ergo age divitius ne possidearis ab ipsis  
Sed fac possideas qua tibi Iova dedit.*

Chrisost. in Joh. c. 3.

VI.

**Sola virtus æterna.**

*Gloria cuncta perit, perit & jucunda voluptas.  
Divitia pereunt quicquid in orbe perit.*

E 3

Sed

*Sed virtus aeterna manet mens conscia recti  
Hanc secum ad superas portat abinde domos.*

VII.

Plutarch. de Educat. puer.

*Corporis humani duo sunt clarissima dona  
Mens, & qua mentis serua, loquela decens,  
Mens regit & rerum summam tenet, ipsa loquela  
Officio recte fungitur usq; suo.*

VIII.

Ingenium.

*Tum solet ingenii juvenescere crescere donum  
Cum nostro capiti cana senecta subit.*

IX.

A teneris assuescere multum est.

*o Puer aetatis primo sub flore tenella  
Praeclaris studiis corda lavato lubens,  
Sic cresces prudenter, egens moderamine nullo  
Dum dabit ingenium Culta Minerva tibi.  
Post varios casus post multa pericula rerum,  
Pro merito referet premia certa tuo,*

X.

*Non cuiuis datur adire Corinthum,  
Non cuiuis facile est doctam lustrare Corinthum,  
Cum sistant captam multa pericula viam,  
Tempore quin opus est longo, multoq; labore,  
Est opus optata prosperitate frui,*

Omnia

XI.

Omnia suo tempore.

Facta fuisse suo cum profint tempore; cura  
 Que facies, facias tempore queq; suo  
 Sic medicina valet dabitur si tempore justo  
 Si data non justo tempore damna parit.

XII.

De Vita hominis.

Vita hominis misera est cunctorum plena malorum  
 Durus ubiq; labor, durus ubiq; dolor.

XIII.

Prov: viel Hirten übel gehütet.

Nomine sunt multi pastores, munere pauci  
 Qui pascant recte, qui sapienter oves.

XIV.

Quid superbit homo?

Tanta tenet cordis cur nos fiducia nostri  
 Cum nil, quod simus pulvis & umbra, sumus?  
 Mortali donec sub terris vescitur aura  
 Vitalisq; manens Spiritus ossa regat  
 Quid tibi si medicus multo medicamine corpus  
 Ungat at hac omnes clausula certa manet:  
 Progenies Ada cum vitam efflavit in auras  
 Gratus vermiculis incipit esse cibus

R 4

Est

## XV.

**Est opus ingenio populum frenare  
superbum.**

*Arte cita velox, rates currusq, reguntur.  
Vulgus & ingenua est arte regendus incers*

## XVI.

**Aliter.**

*Perpetuo scivisse animis ignobile vulgus  
Et solet & gaudet seditione gravi  
Sanguineaq, manu Mavortia dum quatit arma  
Undiq, tunc fasces Undiq, saxa volant.  
Nec facile est tantos motus componere, docto  
Hic opus ingenio est hicq, labore gravi,  
Hoc perdit multas atq, olim perdidit urbes  
Regnandi ductor si ratione caret.*

## XVII.

**In ostentatores,**

*Sunt homines invita quibus natura negavit  
Pragrandes dotes corporis; ingenui,  
Splendida qui fugiunt ad stirpis signa paterna.  
Inde sue laudis nomina magna petunt  
Ostentat genus hic proavum proaviq, parentem,  
lactando magni hic gesta recenset avi,  
Stulte; mihi cunctis, dic quaeso, è milibus unum  
Qui proavo, proavi quiq, parente vacet.  
An non sic duro terram qui findit aratro  
Rusticus (ut fatear) nobilis esse potest?*

**Socius**

XVIII.

Socius eum socio punitur.

Qui se cumq; malis conjungit is inde sodali  
Cum pravo poenam, quam capit ille, capit.

XIX.

Beneficia.

Accipit hic dando bene facta lucratur & inde  
In dignos digne qui benefacta locat,  
Sed benefacta malis qui dat, malefacta locabit,  
Dum malefacta serit non benefacta meter.

XX.

Elige optatam vitæ rationem eam ju-  
cundam reddet consuetudo.

Vitam que faciunt tibi terq; quaterq; beatam  
Elige, principio sint graviora licet  
Consuetudo tamen, rerumq; frequentia, & usus  
Reddent lenè tibi quod grave cumq; fuit.

XXI.

Lætus.

Tempora lætitiis multos ducuntur ad annos  
Stamina sed vitæ rumpere cura solet,  
Ergo age mœrores alto preme corde, dolendo  
Non ede cor proprium ne tibi damna crees  
Conscia mens recti, mens læta, carens & inani  
Curâ Nestoreos vivit adusq; dies.

XXI.

De Arumno ditissimo.

Plaudite vos mecum pleno date júbila plausu  
Mox aderit tempus mox aderitq; dies.

Es

Quin

Quin potius jam tempus adest, quo colligat uvae  
Vinitor, & dura subtrabe musta fluant,  
Plaudite nunc igitur dignas & dicite grates  
Illi, qui in caelis cuncta creata regit,  
Quod non e summis jaculatus nubibus ignem  
Fulmine nec vites perdidit ipse graves,  
Et quod non nocuit vis frigoris ulla racemis  
Nec sevens Boreas, nec glacialis hyems,  
Quod dedit ast contra solem quo nempe foveret  
Cuncta calore suo cuncta nitore suo;  
Quodq; rigavit agros campis sitientibus imbre,  
Ne duram agricolae quando periret opus  
Iste det & porro felicia tempora nobis  
Illius ut crescat laus & in orbe sonet.

XIII.

Spe vivimus omnes.

Condidit Aethleo quondam de vimine cistam,  
Iuppiter, includens quicquid in orbe boni,  
Servandamq; dedit terris magis omnibus unum,  
Quem coluit, mandans ne pateficeret opus;  
Alle quid inclusum correptus amore sciendi  
Incauta laxat pinnea claustra manu,  
Illicet effundit corbus patefactus, & aura  
Reddit sub costis quae latuere suis.  
Et celeri cursu terras velut agmine facto  
Linguunt, & caeli sidera celsa petunt,  
Spes (invita tamen nam labro vasis adhaesit  
Vertere cum vellet terga) remansit humo;

Sola

Sola remansit humo; miseros jam lactat in arctis  
Et fulcrum est constans fors ubi leuatonat;  
Nec cessat cessant quantumvis omnia vivus  
Spiritus in nobis dum manet, ipsa manet.  
Sic alit egrotum medici quem cura reliquit,  
Sic durà victum compede dives alit.  
Sic tristi jam jam pendendum guttura resti  
Incerta vite certa salute fovet.

XXIV.

Ars Manet.

Plus iuvat ingenias didicisse fideliter artes  
Omnia sub mundo quam cumulasse bona.  
Divitis ingenii minimis nec corporis ulla  
Pegrandes dotes equiparare licet.  
Cresus, qui fuerat quondam diditissimus, Ecce  
Fortuna lapsu mox miser Irus erat;  
Nam pedibus subitis fortuna fugatior Euro,  
Ambulat & fixam nescit habere domum.  
Quos hodie ex humili summa ad fastigia rerum  
Tollit, cras eadem denuo precipitat,  
Omnia consumit tacito pede lapsa vetustas  
Et cunctis damnum curva senectæ parit,  
Ars manet, iratus nec Mars nec surripit ignis,  
Ars manet, & structos effugit illa rogos  
Rostratam quantog, ratem qui temperat anteit  
Illum, qui remis anxius equor arat.  
Ut major fortis dux forti milite, sacra  
Sic artis dives divite major opum.

Regis

## XXV.

Regis ad exemplum vivunt  
subditi.

Regis ad exemplum plane componitur omne  
 Vulgus, & ad mores vivit agitq; ducis  
 Si dux est justus populo qui presidet, ipse  
 Si gaudet veri religionis Dei  
 Intendens animum studis, ac rebus honestis  
 Otia si vitæ desidioſa fugit,  
 Tunc etiam populus Summi mandata capeſſens  
 Regis ad exemplum religioſus erit  
 Sin degunt reges ſub inertis tempore luxu,  
 Plenq; ſi vanis ocia rebus agunt  
 Boſthabuoq; Deo cæli terræq; Monarcha  
 Longe aliud numen quod venerantur habent,  
 Tunc etiam vulgus verum Dominumq; Deumq;  
 Negligit, & mores gaudet mire feros.

## XXVI.

## In eos qui ſoli ſapere videntur.

Si natura tibi dederit dona inclita forſan  
 Non ideo faſtu turgida corda geras,  
 Nec temnas alios, alius qui doribus aucti  
 Atq; alii forſan commoda multa ferunt  
 Ceu quondam pulchras ales Iunonia pennas  
 Oſtentans, dixit talia verba grui:  
 Apice quanta mihi pulchro ſub corpore forma  
 Apice qua contra corpora fœda geras,

Sed

*Sed fœdata secat subitis grus sidera pennis  
Et tangit verbis ultima verba suis  
Quanta mea est levitas? gravitas tua Quanta? quid  
obstat*

*Quo minus equi parem me tibi, teq; mihi.*

XXVII.

In quibus vita felix consistat

Ex Mart:

*En narrabo tibi res queis potes esse beatus  
Donec in hoc fragili corpore sanguis inest;  
Gaza relicta tibi annoſi post fata parentis;  
Non qua sit duro parta labore tuo,  
Non ingratus ager, sua sed sint arva colono  
Grata & perpetuo luceat igne focus;  
Lis nunquam; Toga rara; simul mens conscia recti,  
Ingenua vires corpore sub valido;  
Simplicitas conjuncta cui est prudentia rerum;  
Iungito amicitias & tibi rite pares;  
Sit victus facilis nec mensam fercula lauta  
Ornent, non noctem pervigilesq; mero,  
Tum membris placidam rellinquat cura quietem;  
Nec turbet somnum sollicitudo tuum;  
Tristia sic non sint socialia fœdera lecti,  
Casta tamen; castus sit tibi namq; thorus,  
Cum suadent gratos labentia sidera somnos,  
Fac tenebras, recte si sapiſ ipſe, breves;*

*Esto*

*Esse tuâ semper contentus conditione  
Non optes summum non metuasq; diem.*

XXVIII.

**Non Vivimus ut edamus sed edi-  
mus ut vivamus.**

*Non ideo è vili mortalia corpora limo  
Mirandem summus condidit ipse Deus,  
Ut demus vitam tantum dapibusq; merog;  
Sævis ceu brutis esca soporq; placent,  
Quin data sunt nobis potusq; cibisq; misellis;  
Possimus vitam ducere quisq; suam,  
Non ergo totam mortales perditæ vitam  
In lautis epulis deliciisq; meri  
Sed motus carnis diris compefcitè vinclis  
Ne quâ Spiritui tristitia damna paret.*

XXIX.

**Multi hominès sua stultia mala incur-  
runt & postcò eventum fato aut for-  
tunæ ascribunt.**

*Verum est quod veteres olim sinxere parentes,  
Nec truncis vanè fabula dicta sequens,  
Ad putei faucis fessus, somnog; sepultus,  
Dum recubat ducens ocia blanda puer.  
Hunc adiit subitis pedibus Fortuna jacentem  
Excitat, & promit pectore verba suo*

Særo

*Surge puer; heus surge puer propriosq; penates  
Reppete, non locus est commodus iste tibi  
Namq; soporatus si vertas corpora, certe  
Te in medium gelida præcipitabis aque,  
Tunc in me fundent homines convitia tumq;  
Intempestivæ dicar origo necis.  
Scilicet est hominum certe densata catervâ  
Stultitiâ propriâ qua sibi damna parat  
Post Dens in culpa est, & celsi sidera cali;  
Deq; dolent dura conditione suâ.*

XXX.

*In Ebriosum.*

*Ceu navis Ponti spummantibus obruta lymphis  
Concidit à fundo jamq; recepta perit,  
Sic jâcet ad nullum, qui poscitur utilis, usum  
Invectus turmis Bache nefande tus.*

XXXI.

*De Principe puero. Ex Ludovici Viv: Dial:*

*Sophobul. Philipp.*

*1. Similitudo.*

*Sophobul:*

*Nunc age nunc Iuvenis claro de stemmate nate  
Abjice quod manibus grande volumen habes,  
Abjice*

*Abjice, nos latus ad lusus ibimus ambo,  
Nos anni vegeti lux & amœna vocant,  
Propterea, ludi morem legemq; secundum  
Rex eris, imponens quæ faciunda tuis.*

Philipp.

*Qualis erit ludus? ludi si nescius essem  
Haud potero veri regis habere vicem.  
Ludere qui nescit, pol, lusus abstinet illis  
Indoctusq; alios nemo docere potest.*

Sophob.

*Eheu non gnarus ludi rex esse recusas,  
Rebus in his minimis quæ gravitate carent?  
In quibus ipse error fert nulla incommoda secum,  
Dammq; sunt rebus non metuenda tuis;  
Rebus in exiguis qui non est aptus, is ipse  
Rebus in eximiis, pol! minus aptuserit:  
Si ludi ignarus non scepra capescere gestis,  
Nec sociis ludi rite præesse tuis;  
Cur tentas magnas gentes frenare superbe  
Cur te regnandi tanta cupido tenet?  
Qui nescis vulgum, vulgi qui nescis iniquos  
Et varios mores ingeniumq; ferox.  
Te fugiunt leges quas juxta vivere fas est,  
Regem, relonge Docta Minerva fugit,  
Divitis ingenii est, quod eget moderamine nullo  
Imperii juxta frenâ tenere sui.*

2. Altera

## 2. Altera similitudo.

Sed dic profecto, rapidissime cursor, Equilis  
Vi tumidus frenis impediatur equus,  
Qui jacet ad terram sessorem, quiq; morantem  
Calcitrat, & multrum qui feritatis habet,  
Tempus adest tollatur equo, camposq; pererrat  
Hic noster princeps, mox age, tempus adest:  
Tu Princeps, ut frena ferox sumantia mandat  
Vi sonipes tollit colla superba vide!  
Nunc age conscendens quae so preme terga caballi  
Quadrupedis, justâ frena respice manu.

Philipp.

Hei mihi qualis equus? Quis sit cicuratio isto  
Adducas nimis est, est nimis iste ferox,  
Non ea vis animo non est vesania tanta  
Tumidi manibus lora tenere feri;

Sophob.

Quid precor o princeps num stat sententia menti  
Quod Leo sit vulgo seivior ipse fero?  
Num majus credin' brutum frenare superbum  
Quam tantos catu tamq; feros populos?  
Gentibus ex variis maculati crimine tandem  
Qui confluxerunt ex variisq; locis,  
Sciduntur crebro studia in contraria, promptè  
Quoslibet ad motus sedula turba ruunt,  
Tunc ergo hoc seivum non audes tangere brutum,  
Nec tam mordaci subdere calcari equo?

F

Vm

Vin tamen, ut dominus regni, tibi subdita passim  
Tot populū regnans ducere membra bene?  
Crebro parat equus lentis furiosus habenis,  
Accipit & duros ore fremente lupos,  
Sapius irati compefcitur ira leonis,  
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet,  
Bellua mandatis obtemperat Inda Magistri  
Ipsa jugum longo tempore victi subit,  
Adde quod & duri patiens fit taurus aratri  
Incurvo præbens colla premenda iugo.  
Sed tremit & gaudet motu nonnobile vulgus  
Perpetuo; docto est hic opus ingenio.

### 3. Similitudo.

Heus age quadrupedem tumidum puer illicet abdūc  
Dum noster Princeps nunc equitare timet;  
Nulla serenatum contristant nubila celum,  
Et mitis servum temperat aura gely.  
Ergo forte iuvat si te, mellite Philippe,  
Nunc loca formosi ruris adire veni.  
Ad campos leti jam jam spaciemur apertos  
Tu modo sis nostre duxq; comesq; vie;  
Ecquid in hoc parvi ripa stat fluminis alta?  
An non deserta hic cymbula parva natat?  
Littoris heus! primam nos ambo teramus arenam;  
Et conscendamus rostra recurva ratis  
Incundum fuerit lenis errare per undas  
In tam formoso tam viridiq; loco;

*Tu capito princeps clavum clavosq; secato  
Has tennes rivi lenes sonantis aquas;*

**Philipp.**

*Scilicet ut navem curvatam in flumine mergam  
Fluctibus & sevis corpora nostra necem?*

**Sophob.**

*Qui poterit queso pelago se credere, qua non  
Audet in exiguo ludere cymba lacu,  
Ducere si renuis navem non doctus in amne  
Qui sua dumtaxat flumina lenes trahit;  
Adjicis ast animum ignarus committere rete  
Fluctibus, undanti tam, tumidoq; mari,  
In quo non raro magno cum murmure sevit,  
Excitat & motus vulgus inane graves,  
Occidit en Phaethon juvenili corde paterni  
Qui petiit currus qui moderamen equi.  
Aonius ergo decoretur ab artibus omnis  
Princeps, & crescat dotibus ingenii.*



**F 2**

**Illustri**

Illustri & Generoso Domino,  
**Dn. GEORGIO BARONI,**  
*Limburgensi S.S. Romani Imperii Pincernæ  
Hereditario Semper libero &c. Capitano & Consiliario  
Brandenburg. & Indicii Provincialis. quod  
est Onoldi. Presidi.*

**Q**uo Tymbræe rapis tui  
Me plenum? Nemora & quos agor  
Velox mente nova? hic né ego (in specus  
Æternùm meditans egregium decus,  
Baronem celeberrimum,  
Et Limburgiaci stemmatis incluti  
Heroem validissimum,  
Stellis auricomis inferere audiat?  
Factum infigne, recens! Proin  
Hoc factum stupeo; ceu stupet in jugis  
Hebrum dum videt Evias  
Thracenve Odrysia jam nive candidam;  
Namq; Hic non modo Franconum  
Antiquâ satus Illustris origine,  
Et Limburgiacâ domu  
(Cujus prisca fides, bellica virtus  
Et Germanica dextera  
Romano Imperio cognita maxime est)  
Quin virtus quoq; Cælica,  
Artesq; ingenuæ pectora splendida

Illustrant

Illustrant generosius:

Nam si religio, si pietas, fides  
Si Divæ Gharites, Themis  
Atq; Astræa, gregis sibi subditi  
Cura, & si Clarii pius  
Cui cordi favor est magnanimo Viro;  
Hunc Vincens merito feret.  
Palmas Hic celebris BARO GEORGIVS.  
Obmutesco stupens, stupens  
Illustrem genere, ac ingenio Virum.  
Et tantum patriæ patrem.  
Serva, dico, Deus Nestoreos dies.



F 3

Ad



*Ad virum Magnif. Nobil. Amplif. Dn. CHRISTOPHORUM HÖEFFLICH.*  
*Sacri Palat. Comit. Inclutę Reipub. Norimberg. Secretarium bene meritum patrum & brabantam venerandum.*

**N**Ox erat, & vigilis custos Erymanthidos Urse  
Umbrosos celsa nubę regabat equos,  
Es jam prima quies mortales ceperat egros,  
Lenibat curas noctę silente graves,  
Omnia carpebant placidum defessę soporem,  
Corpora, quę lacus, quę tenent memora;  
At ego non ullos in somnos solvor, anhelam  
Nec capio noctem pectore neve oculis,  
Ingeminant cura; quod agam? tum quod mihi restet  
Auxilium vite volvo re volo miser?  
Chara parens seniorę, pater, spes una salutis,  
Extremum fato clausit uterę diem,  
Uig, illis careo gelidam post frigore brumam  
Sol roseas decies tergę, reduxit equos,  
Namę ego tot magnos volvendis mensibus orbes  
Ut matre, ut patrię, patre relictus ago:

E

Et quanquam patruus labor, & fortuna secunda  
Mi quales, vite fulcra, reliquit opes.  
Auri sacra fames & amor sceleratus habendi  
Me tamen his turpi, proh dolor! arte rapit.  
Ne dicam quanti constet cerebrigena Mater  
A teneris toties cui sacra thura dedi.  
Maturis semel & ter frugibus area trita est,  
Subprimitur praelis uva Falerna quater.  
Dum lavo Gorgoneis undis mea labra, Novena  
Dum turba miles publica castra sequor.  
Nec referam sumptus (quorum pars magna) peram-  
Hipparhi murus quos mihi sustulerunt; (plus  
Hoc doleo tristis, (nam tristi mente dolendum est)  
Cuprea quod damni secla dedere mihi;  
Turpe quod est dictu, rerum queis cura mearum  
Et comissa salus horum operâ perco,  
Cuprea secla mihi vires rapuere sequendi  
Ulterius Musas Aoniosq; Choros.  
Et quanquam fontis gustarim flumina sacra  
Pegasei primo pectoris ore; tamen  
Cum Citharâ passim speratus jacet almus Apollo  
Atxonides ulla neve relinquit opes.  
Lans hujus nomenq; manent furibundus in armis  
Parcere qui nescit, nec miserere, capit.  
Ergo, miles ero fremebundi Martis, & Arti  
Postremum dicam voce gemente Vale,  
Hec ego dum stratis agitarem mente repostus,  
Lucidior visus, quam fuit ante, thorus

Obstupui, steteruntq; coma, salusq; per artus  
Sudor iit, gelidum frigore pectus erat:  
Ecce mihi ante oculos visa est Tritonia Virgo  
Hos edens suaves ore loquente sonos.  
O puer infelix qua te dementia capit  
Que mala mens menti suo gerit hacc tua,  
Ars cedat Marti (infandum) tranquilla premarus  
Lethiferis armis Triboniana cohors.  
Non ita, nam quamquam mala presint secula Musis  
Et jaceat spreto Docta Thalia loco,  
Post meliora feret tacito pede lapsa vetustas,  
Nube solet pulsa clara redire dies.  
Nec dubites quin nostra viros quoq; proferat atas  
Queis cure & cordi Dia Minerva fiet,  
Nonne gravem nosti, fama super aethera nota  
Quem tenet & laudat Norica metropolis  
ingenii cujus celebri testamine vires  
Cesaree bullæ litera scripta probat,  
Christiferi Magni (quem fabula narrat Iesum  
Per mare quod tulerit) nomen & omen habet  
Sanguinis est auctrix stirps Hosslichiana vetusta,  
Unde tuam seriem tu quoq; forte trahis.  
Hinc accede, preces miseras huic perfer ad aures  
Non dederis vento voce genente sonos,  
Scilicet, non dubites, tibi que promiserat olim,  
Promissis stabit, si modo res dederit.  
Hæc ergo motus, Te consultissime fautor,  
Acceda, molli devenetorq; prece,

Verbulæ

Verbula ne frustra, non proficientia perdam  
Auxiliatricem porridge queso manum,  
Respice Musarum lapsis in rebus alumnum  
Fomentisq; iuva vulnera nostra tuis,  
Conueniens homini est homini succurrere egeno  
Conueniens tanto, quantus es ipse, viro  
Supplicis exaudi Mæcenas Maxime vocem  
Quamq; potes misera (nam potes) affer opem,  
Non peto collectas, queis vincitur omne monetas,  
Da modo fructifera conditione frui.  
Optandi pro qua si nobis gratia fiat  
Hoc bene pro merito commoda mille precor,  
Ut tibi sit facilis Deus, ut nullius egentem  
Fortunam præstet Nestoreosq; dies.

### Ad Eundem.

**M**Eos Versiculos, patrone, miror,  
Meos Versiculos inelegantes,  
Meos molliculos, febriculolos,  
Et parum quibus est salis, leporis,  
Qui nec unius æstimantur assis;  
Velles, (vah reprimor, pudet fateri)  
Velles dicere Quid venustiores?  
Nec tibi placuisse ineptiarum,  
Harum fasciculum negas? pilosas  
Commendasq; gravi viro Cancænas?

F 5

Quid

Quid quod præterea peritorum  
Offers Pieridum decus corollæ  
Summum Laurigeræ manu benigna?  
Stupescō referens magis magisq;  
Huc illuc dubiam revolvo mentem;  
Non digno viridum caput coronet  
Sertum Apollineum? quod exprobrandum;  
Namq; hoc forte meretur exprobrari,  
Quin quod sæpe meretur exprobrari,  
Sed vos Aonides beatiores  
Nymphæ, cum tenuis styli Poëtam  
Dignum Laureola putetis isthac;  
Exoptata diu celebriore  
Atq; ab auspicio bono profecta,  
Inopina tamen brabeia, digna  
Quantumvis meliore sint poeta,  
Submissa capiam manu, puellas  
Vosq; Doctiloquas dein fovere  
Omnes sum assiduò paratus annos  
Interim pietate vir polite,  
Tanti maxime muneris brabeuta  
Qui mihi optimus omnium patronus,  
Quot sunt, quotq; fuere, rariores  
Quotq; post aliis erunt in annis,  
Maximas tibi gratias, Poeta  
Ego pessimus omnium, poeta  
Tanto pessimus omnium, meorum  
Quanto tu optimus omnium patronus,

Maxi-

Maximas tibi gratias habebo  
Vivi donec erunt voluciores  
Spiritus tremulis meis medullis  
Pro favore tuo; tibi tuisq;  
Quantum qui pote plurimum favebo.  
Sed prius veniam die parato  
Ad te, (nam peto cogitationes  
Meas accipias tuasq; coram  
Ipse ego) ut veniam jube, valeq; :

---

### Ad Eundem.

**F**orsan, Vir Celebris, mea  
Quæris quid sibi? quid charta velit frequens.  
Hoc vult, Vir Celebris mea  
Si quæris, sibi quid charta velit frequens,  
Vix depulsa dies dia, &  
Sol circum roseos duxit equos semel  
Cum quidam properans, mei  
Musæi petiit limina paupera  
Optatamq; mihi (sicut  
Grates) ore salutem rotulit tuam;  
Addens frugivera tua  
Menti propositum quod steterit diu  
Hos Altdorffsiades lares  
Visendi; modo magnum officium ferat.

Certus

Certus sitq, meus solo,  
Quo me fata vocarant, patrio retro  
Gressus, quem placide iubet  
Ut vestra retegam magnificentia;  
Scime Ergo Tua Claritas  
Præfens quid sibi? quid charta velit mea?  
Ad Musas Noricas bonum  
Ex patris reditum iussa refert domo.  
Sed quid præterea refert?  
Quid? Fortasse nihil? Non ita maximum est,  
Quod restat; solitum tibi  
Oprandoq, tuis præcepta refert; Vale.  
O Hœfflichium, genus  
Florendo Pylios Vrve dies; Vale.

---

### Ad Eundem.

Iussa Camœnarum celeberrime Castiliarum  
Alumne quondam, nunc pater,  
Quina ve Musarum senior, Vir Maxime summum  
Deus Norimbergensium,  
Lux patriæ, ceu lux Virgo Tritonia Cæli  
Inter minora sidera,  
Quam legis, Hœfflichii, mittit tibi, magne, lituram  
Hœfflichius miserrimus  
Aspice quid portet; ( prius hic quidquid macu-  
Ignosce si videbitur) (Iosum,  
Prima

Prima tibi grates solvit mea litera, grates  
Quas soluisse competis  
Post habita circum quâ cinctus mole laborum,  
Mei memor quod scripseris;  
Sed quid dirumpor! dirumpor mente revolvens.  
Quid? Lauream mihi nuncias?  
Laurea parta mihi est? dirumpo verba revol-  
vendum! DEUM! quis debitâ (vens,  
Tot benefacta mihi quis digna laude beabit  
Quis prædicabit largiter?  
Si mihi ter dives quot habet Methymna racemos  
Prægnansq; spicas Gargarus,  
Si mihi tot linguas si tot mihi guttura centum  
Vix vix tamen satis darent,  
Sed cum jam desint vires laudenda voluntas  
Erit tamen promptissima;  
Ergo nulla tui Mecænas Candide secla  
Oblivionem mentibus  
Fundant, lethæos quamvis ducentia somnos  
Arente fauce traxeris  
Poeta, tamen vives æterno carmine notus  
Et posteris sequentibus  
Nil mea Musa canat; mea nil moduletur avena,  
Quam te Virum Clarissimum,  
Sed quid materiæ celebri dicturus in actu  
Pede elaborato rogas?  
Dicere fert animus Divis contraria Musis  
Hæc nostra prava secula;

Quid

Quid transmissa refers Chartacea serua, tuusne  
Heres celebres visitat,  
Urbes Fraconidum? (quæ gens durata labore  
Uvas colens bibens aquas)  
Gratulor ipse vias, cuius sub numine tuto  
Incedimus tuti, Deus  
Sit comes, & ruta tutum tellure reducens  
Hœfflichium reddat suis;  
Ne quid præteream; transmitto carmina iussus  
Et Disputatiunculas;

---

---

### Ad Eundem.

**T**E saluere iubet, Mecœnas maxime, Musa  
Ex Hœfflichiano trans tibi missa lare;  
Perlege quodcumq; est, nec epistola longa meretur  
Inuitos oculos, vix duo verba lege;  
Sunt duo qua quæri de te (Nam scire necessum)  
Eas est, hæc paucis pauca rogare refer,  
Thespiadum instantis certo de tempore festi  
Opto prius scripto certior esse tuo,  
Quod breue speramus, Noricas cum longius auri  
Sacra famas Musas vix celebrare velis,  
Adjice quos Magnos, qua dignitate celebres  
Adspices dando tanta brabeja viros,  
Ut mihi, qua laude, & quo quemvis ordine tangam  
Constet; sic suero carmina claudo Vale.

Ad

infer

*Ad Eundem.*

O *Mibi dilectos inter fors prima patronos  
Solaeque fortunae ara reperta meis  
Quid morulam tantis verbis, Vir Maxime purgas?  
Quam dicis morulam nec mora nec morula est;  
Tu modo suscepti curam non mitte Clientis  
Sat cito, tu saltem perge favere mihi  
Non subeant animo meritorum oblia nostro  
Carminibus vives tempus in omne; Vale.*



*Ad*



Ad Magnif. Nobiliff. Ampliff.

Dn. GEORGIUM REMUM,  
JC. an inclyte Reipub. No-  
Norimb. Confiliar.

**V**ir magne; pectus cui dedit Entheum  
Natura, labris cui sedet ardua  
Suadela, divæ cui Themistos  
Aonidumq; chors ministrant,

O lumen æternum Norimbergicum,  
Qui tam disertio Confiliarius  
Rempublicam tantam tueris  
Ingenii clypeo: frequentes

A quo Clientes auxilium ferunt,  
O magne Mecænas, pater optime  
O magne Musarum patronæ,  
Phæbioliq; chori Philites;

O Vir Senex ô Vir venerabilis  
O digne tantam Parca benignior  
Cui cessit optatam senectam  
Et placidam requiem senectæ;

Quod Phæbus & quod turba Novensilis  
Iussit; quod observantia debita;  
Quin quod tuus iussit colonos  
In melicos animus benignus,

Ea

En proprie sacrum tibi dedico  
Hunc poematum fascem ; tibi barbiton.

Hoc confecro sacrum, meaq;  
Parvisonos modulosa Camana;

Lingua Vir Excellens precor intima  
Vultu thaleam blandidulo accipe,

Qua gratiam tui favoris  
Conciliare sibi laborat.

En suscipe hanc, nunquam sinat obrui

Te vividum, nunquam sinat obrui

Te mortuum furvis tenebris,

Dente tibi melico perrenne

Fingens trophaum, suscipe, suscipe;

Ille interim summus superum pater.

Te prosperet, canamq; vitam

More aquila renovans secundet.



*Ad Virum Amplis. Consultis.*

Dn. GEORGIUM LUDOVICUM

LEUCHSNERUM J.C. Consiliarium

Brandenburgicum Neostadii ad

Ayllum, patronum co-  
lendum.

○ Sacratæ Themidos Dive Sacerdos,  
Tibi mirabilis hic forte videtur.

G

Tua

Tua quæ limina tangit peregrino  
Laceratoq; habitu paupera virgo; sed amice  
Sine mirarier, ô magne patrone,  
Sine mirarier; est (quod tibi dicam,  
Brevibus) Hœfflichii Musa miselli

Humili mente tuos conciliatura penatès  
Sibi, dum horum celebris fama favoris  
Miseras in Charites vénit ad omnem  
Populum; Fert igitur thura litanda

Tibi præsentia, sacrumq; tuas pendet ad aras  
Melicun barbiton, & plectra movendo  
Canit, Estote Dii LEUCHSNERIANI;  
(Miseros inens quibus est prompta juvandi)

Faciles Hœfflichio (vos precor) estote misello  
Vigeant sicce meo pectine nomen  
Et honos Leuchsneridum rite Deorum,  
Vigeant & vireant donec onustis  
Humeris celsa poli sidera magnus feret Atlas.

---

*Ad Virum Amplissimum Consultiss.*

**Dn. ANDREAM DINNE-**  
**RUM JC.** primarium in Universit. Altdorff. Profess. & p. t. facult. Jurid. Decan.  
Spectabilem, nec non inclyti Senatus  
Norici Confiliar.

**O** *Dinnere, cor intimum Themistos,  
Voluptas penetrans sacra Themistos,*

*Præses*

*Præses Iuvidici chori Minerve  
In hac Dedalæ domo, polita  
Cujus proruet artibus juventus  
Summum honorifice ferens honorem,  
O Patrone satis quibus loquelis  
Declarabo tuos sacros favores?  
Certe confiteor lubenter, haud me  
Pro tantis meritis, favore tanto  
Sat dignas tibi ferre posse grates;  
Sed Musæ tamen & mea Camæna  
Pro me premia mollicella spondent,  
Pro me premia blandicella promunt,  
Et dicant tibi supplices libellum,  
Hunc, Mnemosynem tui favoris,  
Se totas tibi debitum fatentes:  
O Dinners cor intimum Themistos  
Dextro cui veniant, beata cælo,  
Sors, candida quæq, quæq, fausta.*



*Ad Eundem.*

**H**Ei mirum! volucrum chorus  
Sub cæli æthereo limine lætior  
Est, & dulciloquens pius  
Mulcet concentibus aëra,  
Inprimis viridis prior  
Veris nuncia, tirticitirantiam.

G 2

Torquens

Consultiss.  
DINNE  
Univerfic. Al.  
Jurid. Decab.  
lytisenatus  
ar.  
emissi,  
Themistos

Torquens in varios modos  
Linguam tirtirat, à suavifono polo  
Terram prospiciens, videns  
Quod **D I N N E R U S** acri consilio polens  
Divæ justitiæ pater\_,  
Jam morti laqueis expedit caput  
Et Diis auspiciis vaga\_  
Lustrat sanus agrorum æquora denuo;  
Quin Altdorffiadum pia\_  
Musarum genus & tu dato jubila\_,  
Pulvinarq; **D E I** piis  
Ornando precibus, solvito gratias;  
Nam morbo eripuit malo  
Quem, verus pater hic est Academiae,  
Hunc sanum incolumem, brevi  
Doctè doctifona sub cathedrâ audies,  
Mentes asperioribus  
Formantem studiis ingenuas; opus  
Non parvum aut humili modo,  
Divum legibus & moribus (en boni  
Summi materiam) inlitum\_,  
Partes deficiunt quo sine Civica  
Quin & supplicibus dein\_  
Placandus precibus munere debito  
Qui cælum, mare, nubila\_,  
Et quidvis sub eis supprimit imperio  
Hunc servare virum velit\_  
Annorum incolumem millia plus decem.

*Ad*



*Ad Virum Clarissimum Pru-  
dentissimum*

**Dn. JOHANN. Glockhau/**  
Illust. DDnn. DDnn. à Limburg &c.  
Cellarium apud Summerh. Spe-  
ctatissimum.

**R**arus amat Musas, quia vix intelligit illas  
Rarus, & Aonia rara bibuntur aquae  
Et sunt ludibrio multorum; in nomen inane  
Atq; in contemptum carmen & Autor abis,  
Scilicet ista placet vulgo ignorantia, vulgus  
Hoc divum nescit multijuge artis opus.  
Sed paucos natura Sagax meliore metallo  
Finxit, quos pateat turba novena viros,  
Hos inter primum virtus tua docta meretur,  
Glockhau Meccenas dulcis, habere locum.  
Dum Doctus, doctaq; hujus dum verus amicus  
Artis, dum facili suscipis aure melos.  
Ergo jubet Phabus, jubet ipse Novensilis ordo  
Hec tibi plectra caro sacra dicare Viro;  
Ipse favente manu nostrum cape queso libellum,  
Quem tibi Patrono do dico dedicoq;,  
Inde meas Musas adama, te Diva vicissim  
Ipsa salus adamet, te juvet ipsa salus.

G 3

Ad



*Ad Virum Reverendum Humanis-*  
*simum Dominum*

**M. MARCUM CORNELIUM**  
Professorem, & Diaconum in In-  
clyta Altdorffina.

**N**E mirere sibi Corneli Dive Sacerdos  
Camana quid velit mea?

En tria fert; Primo, tibi litera prima salutem.

*Hæfflichianam prospere,*

*Altera quid poscit, poscenti ignosce Sacrate*  
*Ædis Sacer Potitæ,*

*Vix semel occasu radiis Hyperion amictus*  
*illuminatis visus est,*

*Historia tua dulce sonans dum lingua referres*  
*Profecto tres suavissimas,*

*Hæssiadum quarum pulcherrima prima luporum*  
*Mirabilem Clementiam.*

*Describit, mediam memini cecinisse profana*  
*Virum fideli, qui conjungis*

*Iussu Christiadum, sibi quod superesse videbat,*  
*Deo locavit fœnori;*

*Ni fallor virum clementis tertia Regis*  
*Exemplar est laudabile;*

*Hæc*

...tum tua v  
Miranda  
Ex decerpsi  
Pauca vo  
...sunt, sequ  
Vivens v

Ad Virum

M. Hieron  
Pastorem &  
rimum

**N**E tui imm  
Dicas Viri  
alre prece DE  
live Theologz L  
re noster amor  
re vive vale die  
alre vive vale  
ha vultu cape ca  
Sicut Te venient

Ad  
Ceteris Deum  
Ad partem L  
Gaudet te

*Hac mihi tum tua vox faciles infudit ad aures  
Miranda mirans horreo,  
Ergo age decerpsti, quibus hac Venerande Magister  
Paucis rogo de nomina,  
Hac duo sunt, sequitur qua restat clausula claudens  
Vivens vire, virens vale.*

---

*Ad Virum Reverendum, Huma-  
nissimum Dn.*

*M. Hieronymum Theodoricum,  
Pastorem Ecclesie Sumerobusana eme-  
ritum, propatrem Venerandum.*

**N**E tui immemorem meam Camcenam.  
Dicas Vir Reverende, mi Colende.

Salve prece DEI Sacrate, Salve  
Salve Theologæ Decus Minervæ,  
Salve noster amor, patrone Salve,  
Salve vive vale dies beatos  
Salvus vive vale, lubens benignos  
Hos vultu cape candidos Phaleucos,  
Sic ad Te venient frequentiores.

---

**Ad Eundem.**

**C**ertè vix Danaas post Pergama victa puellas  
Ad patrios Lares virum regressus  
Gaudiis beavit amplioribus,

G 4

Quamè

Quàm fautor Venerande, mihi patris instar amande  
Epistola tua suaviores

Quæ meas pridem advolâre dextras,  
Hinc promissa tuos repetit mea Musa penates,  
Linguaq; debita ferens arboris  
Filiæ indicem, salubrius

Illud ave, salvere jubet te Nestoris annos  
Et virtuosiore cum marito

Omne contubernium domesticum,  
Et tantum Hœfflichio (quem nosti) quippe misello  
Pergas favere pristino favore,

Et favore, pascit ore supplice,  
Cætera, cum forsân dabitur mox copia fandi  
Coram, tacendo transeant avena.

Ultimo modo sonent Vale, Vale.

---

In Prudentiam Moralem Viri Huma-  
nissimi Domini,

M. Georgii Friderici Blinzig/  
Fautoris & amici amandi.

Quem dicam FRIDERICE te peritum?  
Queis ornem FRIDERICE te peritum.  
Sat dignè titulis? stupens profecto  
Nescio, dubito, stupens profectò  
Te Divo ingenio beatiorem.

Divo

Divo Judicio beatiorem.

Quid ? an immerito voceris ipse

Quis ? *Thirinthius Hercules secundus*

Pol ! non immerito voceris ille

Quis ? *Trinthius Hercules secundus.*

Vin ? Monstrabo, fidem dabisq; verbis.

Quid quæso est celebris *Sophiæ* ? mater.

An non est pia liberaliorum.

Artium, genuitq; pulchriores

Natas; ingenii celebrioris

Quas amore capis celebriore ?

Forma præcipue Süaviorem,

Cæteris quoq; virtuosiorum

*Dejanira* tuis per omne membris

Et pulchræ similem per omne menti;

*Ethicen FRIDERICE* dedicare.

Petis connubio tibi perenni.

Sed quid ? invidiosa pulchritudo

Cum spes subiaceat frequentiori

Proco, Diva parens *Sophiæ* talem

Vult sibi generum, laboriosa.

Qui pugnando manu suam beantem

Vincendo meritis fiet puellam;

Pugnas hæc frequens cohors procorum.

Timens, spe cadit auferens repulsum

Tu vero *FRIDERICE* perpolitus

Ingeni clypeis acutiorem

Pugnando satagis nurum triumphans

G 5

Æter-

Æternùm propriam tibi dicasse  
Nec curas Achelôios dracones  
Errorum, galea valentiori  
Ingeni superas valentioris,  
Contemnisq; Achilôjam bicornem  
Divina Invidiam eruditione;  
Vincens Herculeè beatiorem  
*Dejaniram Ethicam*, tuam mereris.  
Quid? an immerito vocatus ipse  
Es *Thyrintius Hercules secundus*?  
Pol! non immerito vocatus ille  
Es *Thyrintius Hercules secundus*,  
Robustis manibus suam puellam  
Ille est promeritus? tuam puellam  
Robusto ingenio vicens mereris;  
*Dejanira* prior sepulta nigris  
Subjacet tumulis egea lucis,  
Sed contra tua nescit interire  
*Dejanira* virens, & ipsa lux est.  
An sic immerito vocatus ille  
Es *Tyrintius Hercules secundus*?  
Pol! major merito vocandus ipse es.  
Qui *Thyrintius Hercules*; quid Ergo  
Si factis celebrem superiori  
Astrorum domui dedit vetustas  
Alciden, biberet viri vetusti  
Lætheos latices ne honos iniqui;  
Te nostrum magis æstimationem

Hercu-

Herculem quoq; ponimus supremi  
Atlantis scopulos super supremos.  
Sed quid te FRIDERICE vir perite  
Quid te denuo nos feramus astris.  
Quo virtus tua te tulit prius jam ?  
Unde quadrijugo scientiarum  
Curru pervolitas, domus superne  
Perlucens vitiis malis obefas  
Lustras lumine virtuosiore,  
Tibi quin potius tuos honores  
Gratulamur, Ave sonante lingua.  
Eja lumen Ave celebrioris,  
Lumen ingenii, beatoris  
Lumen ingenii, politioris  
Lumen ingenii, *Viresce Cresce*  
Et *lucesce* dies simulq; noctes  
Dum sparsisse dabit tuum beatum  
Lumen, nec *Lachesis* dolosiore  
Cultello refecarit ipsa lucis  
Fila; Splendida sicce posterorum  
*Nomen, laus & honos tibi virebunt.*



Ad

Ad Humanissimum Dn.

*M. Michaëlem Cörberum.*

O Cörbere decus tuæ Minervæ  
Phœbi delictum tui jubarq;  
Tentabam tibi missitare nodos  
Udenis regionibus Ligatos;  
Sed certè hendecasyllabis Phaleucus  
Tam sese insinuat meæ potenter,  
Lyræ, pentameter fluat venustus  
Vix mihi; hexameter fluat venustus  
Vix mihi; Cape promtiore vultu  
Udenis modo syllabis ligatos,  
Magis post operam magis locabo  
Ut mihi hexameter fluat venustus.

Tu Cörbere meæ Sodalitatis  
Ad albam Studiofioris Albim,  
O Pars maxima, amicioq; amice,  
Sicne est? tune Creatus es celebre  
Membrum Culmbaciæ Scholæ celebris,  
Pol factum bene; nam tibi profectò,  
Cum sis ingenio celebriore,  
Cum sis ingenio valentiore,  
Cum sis iudicio Celebriore,

Cum

Cum sis iudicio valentior,  
Jam patent merito fores honorum;  
Et verbis minus est opus probari  
Testimonia namq; rerum habemus;  
Et vos Leucoreas novem Sorores  
Quibus sub vario labore thura  
Cerberus pius hic dedit sacerdos;  
Vos, testor ego novem puellas;  
Digno digna tibi, mei voluptas  
Cordis, munera gratulamur ergo.  
Et cum fata velint negotiosum,  
Quem sequatur honos onus sequatur;  
Tibi non onerosum onus precamur,  
Laborem tibi non laboriosum.

*Præstantissimo Dn.*

Johan. Wolffgang Stolbergero,  
amico & commensali aman-  
do colendo.

*Q*uo meam rapis Camenulam tenellam  
lance, spes decor jubarq; literarum  
*Q*uo meam rapis Camenulam tenellam?  
*Q*uo meam rapis Camenulam misellam?  
*Q*uipe eo ut tui ingent Valentioris  
Pol valentioris ingent valentem.

*Et cele-*

Et celebrioris ingent celebrem  
Et beatoris ingent beatam  
Quin laboriosioris ipse dotem  
Gratuler sat amplioris ore plectri?  
Euge quod chori novemplicis choragus  
Delius jubet brevissimis capefco.  
Enthea Dices cor Entheum! ô Ocelle  
Atq; splendidissimum decus jubarg,  
Et sacer DEÆ triformis, ô Themistos  
Mista, qui Diis bonis & auspiciis  
Sedulo scientias amore queris,  
Maximè Sacram sacro Themis labore,  
Quam patrum note, patrum frequensq; glossa  
Torfit & retorfit anxie vetusta.  
Euge gratulor tibi sodalitaris  
Pars mea, hoc ter & quater bonum, decorum  
Includumq; factum! ô factum celebre:  
Perge, perge, tramitem diu beatum  
Perge quo vigor nitorg, te vocavit  
Ingent, tui brevi brabeia digna  
(Versibus quod his precor) ferant labores.

---

Meo Prestantissimo Domino  
STÜLPNERO amico singulariter  
amando.

SI verum fatemur, Dedalius faber  
Inclusit anfractu labyrinthio

Quis

Quis unice Servatur orbis  
Juricæ Themidos beata  
Mandata permultisq; remuniit  
Ambagibus, circum varios modos  
Et quæstionum fluxuose  
Innumeros scopulos reponit  
Flexasq; tales ritè resolvere  
Doctissimo filo genii notas  
Non cuilibet conceditur, sed  
Hic labor hic opus est profecto,  
Hinc lumen & Dices decus & jubar.  
STÛLPNERE, dulcis pars animæ meæ  
Surgensq; patris fidus, atq;  
Grande decus patriæ futurum.,  
Tu non iniq; Dedalias notas  
Divæ Themistos solvere denuo  
Tentas, & ignito labore  
Eunomiæ scopulos pererras.  
Virtute macæ hac, tum sat idoneus  
Jam militaris non sine gloria  
Castris adastrea, brabeja  
Digna tuo capies labore.

---

Meo Præstantissimo Domino  
GÜNTZELIO AMICO  
singulariter amando.

**A**N non Peridum ternâ suppressa malorum  
Gloria cuncta jaceret?

An

*An non Thespiadum turbam Mars Horridus arto  
Supprimi Imperio?  
Cur ideo spectas vigilis sectaris amice  
Aonios Lituos?  
Cur queso Mystem sacras te sistis ad aras  
Thura litans Themidi?  
Nubila post Phœbus memori fortasse repostum  
Num tibi mente manet?  
Recte ; per varios casus , variosq; labores  
Tendimus in Latium.  
Perge fave Musis & eris non ultima Genis  
Gloria Francigena.  
Perge , fave Musis ; Musarum nate , perinde  
Larga brabeja feres.  
Sic nomen laudesq; tuas super æthera sparsas  
Audiēt omnem sola  
Extremum eisi quod bellus extrema refuso  
Submovet oceano.*





*Ad Contubernalem in Patria*

*commorantem.*

**N**E me non memorem putes tui esse

Mi Zinnere, meæ sodalitatis

Pars dilecta, breves tibi Phaleucos

Hos é pectore candido remitto,

Quævis fausta tibi, beata quævis

Maturumq; fovens retro regressum,

Plures pro tempore missitare versus

Non possum; Ille Caballus, ille Vatum,

Cum me destituat Caballus, ille Bachus;

Si longos satis & satis politos

Phaleucos cupis, en prius Caballum.

Illum mitte Poëticum, profecto

Ascendam citius, politioem.

Agens, atq; equitem bonum latinum.

Sed quid noster agit Magister, ille

Ille noster amicus intimus, Magister

Ille Cellarius? virensne vivit?

Illic; ex animi cadunt favore.

Quævis, cum rosimundula sua quei,

Aulice valet hic? st' nequis adsit.

Auscultator iniquior tacebo.

Et tantum valetant diu precabor?

H

Meo

  
Meo Domino Georgio Eberli-  
no Magistrales honores dignè  
auferenti.

**Q**uis quæso Iliades erit  
Ille alter Ganimedes nive pulchrior?

Quem summus quoq; Jupiter  
Arsit, fulmigeram versus in alitem.

Et raptum Phrygio solo  
Ad suprema tulit limina tegminis

Ut mensa appositus sua  
Poctis Nectareis, Ambrosiis cibus

Eternus famulus foret,  
Invitâ Jovis ipsa quoq; conjuge.

Quis quæso Iliades erit  
Ille alter Ganimedes nive pulchrior?

Divi scilicet Ingeni  
Quem pulcherrima pulchra sophiæ Dea

Tantis ardet amoribus  
Ut Vir clare tuam versa sub alitem

Schwentere, associet suo  
Conclavi, sophicisq; ambrosiis cibus

Eter-

Eternum famuli decus;  
Quamvis inuideat pessima pessimi  
Mens (ò crimina) Zoilij  
Jo Jo Docte tuis grator honoribus  
Eberline laris jubar  
Paterni, Sophia gloria, gloria  
Docti scilicet Ingeni.  
Pergens Cresce, virebis patria decus  
Et patris Pylios dies;  
Heus accresce virens perpetuos dies.



Ad quendam.

Poetas esse mendaces.

Reticus est mendax (concedo) quisq; Poëta.  
Vaticini mendax quaq; loquela viri,  
Nam quisquis Varum verum te dicit homullum,  
Et negat ignarus sis quod asellus. ain?



Ad Corvum.

Quas tristes rauca proclamas voce loquelas  
An mala, predicis corve sinistre mihi,  
H 2 Quo

*Queviscunq; sona, resona falsissime Corvus  
Non tibi neve tuis garrule credo nimis.*

Ad quendam.

A L I U D.

**Q**uadrupedem differre putas mi Suevo Suevo?  
Ipse bipes cum sis bis bipes ille fiet.  
Scinde pedes absconde tuos qui bis duo restant  
*An sic conveniat Suevo uterq; putari?*

*Jocosa.*

Ad Quendam.

**H**eus præbe vacuas brevi mihi aures,  
Audi quæ tibi clam sonabo, circum.  
Vide ne tacitus quis adsit auspex,  
Audin? Est, tua nunc ubi puella?  
Audin? heu tua nunc ubi puella est?  
Nostin? vin' nomenclam? voco puellam.  
Illam, scin' famulam tuæ? tacebo.  
Illam, cui precibus jocisq; blandis  
Pertentans aditum, cachinnulisq;

Permixti

Permixti oscula nunc petita blandè  
Nunc furtim tibi rapta; vin' tacebo  
Cui sub lacteolas manum papillas  
Sed ff' ne tacitus quis adfit auspex,  
Cui dextrum manibus femur; tacebo;  
Audin' hæc tua nunc ubi puella est?  
An sparsam Lachrymis genas nitentes,  
Mammillasq; rubras tenent iniq;  
Tecta Reufneriana? gratiores  
An secuta tuos lares? agitur  
Tecum tempora, pol! beatiora.  
Hæc meæ hendecasyllabæ sub aures  
Suffurrare volunt, mihi jocanti  
Ignosce atq; vale dies Pylôios.

### Ad quendam.

**P**urima promittens promissis stare recusa,  
Sic facies magnum nobilitatis opus.

A L I U D.

### De animali palustri quod

**Krötte** vocamus.

*Quis sonus? aut que vox nostras heic ad volat aures  
Nil nisi turpe sonans que modulatur uhu?  
Tibicen tuus est forsitan gens Najada, canit  
Offendens cana tempus adesse suo.*

H 3

Rein



## Kein Prophet gilt in seinem Batterlandt.

*Invidiosa tuo nunquam gaudebit honore  
Patria, dum Patria nemo Propheta placet.*

### Ad Lectorem.

**V**erum esse vulgatissimum illud, quod in aliorum res lynces, in proprias talpe simus testatur non modo vetustissimus Comitorum Pater in Heauton:

*Dii vestram fidem! Itan' comparatam esse hominum naturam omnium.*

*Aliena melius ut videant, & Iudicent quam sua. Sed & ipsemet testis proh dolor producor. Quis enim dies die pellitur, quo non criticorum (uti haberi volunt) imò Scepticorum ridiculum illud miror scilicet Poëtam Höfflichium ad aures meas advolet? Sanè fateor & confiteor me*  
titulo

titulo isto honoratissimo vix ac ne vix dignum;  
ne autem omnino nullus ex fontibus Aoniis hau-  
fisse & *Vir Magnif. Dn. Christ. Hoffschius Com.*  
*Pal. &c.* a fino corollam imposuisse videamur, non  
potui, quin cum Scoptizantibus meis per hos  
tenuissimos lusus in arenam descenderem illisq;  
pugnandi vel potius Scoptizandi uberiorem  
materiam præberem. Tu amicissime Lector huic  
fasciculo ignosce, & si forsan erratum putes, non  
statim vitiosum exclama, cum *quædam ex propo-*  
*sito scripserim*: quamvis inficias haud ibo, quod  
multa maculosa in iis inveniuntur, omnibus e-  
nim errare possibile, secundum illud Catulli.

*Nimirum omnes falluntur, neq; est quisquam*  
*Quem non in aliqua re videre Suffenum*  
*Possis, suis cuiq; adtributus est error.*  
*Sed non videmus mantica quod intergo est.*

**Ignosce igitur & Vale.**

**FINIS.**




Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely a title page or preface. The text is arranged in several lines and is significantly faded.



SPAN  
NI

ASPA  
Philosoph  
fer



Typis H  
M. I

